

nico, accipe, quod anno 1137, stylo scilicet Northmannorum, « Anacletus, qui sub nomine pontificatus adixit, septimo die stante mensis Januarii mortuus est: qui sedit annis vii, et mensibus xi et diebus xxii. » Quæ verba dum allegat Baronius, pro nobis probat electionem Anacleti non esse factam 14 Februario (ut ait ipse) sed 17, totoque biduo celatum fuisse Innocentii mortem, donec scilicet in eligendum successorem convenissent suffragia præsentium in palatio cardinalium, et tanquam vivo adhuc pontifice, sed in horas moribundo, cuncta agentium, ad rem occultandam eis qui foris erant. Mortem Anacleti Chronologus Saxo his verbis consignavit, anno prænotato: « Petrus Leonis, qui contra Innocentium papam apostolicam sedem usurparvit, obiit, successoris autem post eum electi nullam facit mentionem, credo, quia fama ejus Alpes non transierit. »

NOTITIA DIPLOMATICA

(Philippus JAFFÉ, *Regesta pontif. Rom.*, p. 599. Berolini, 1851, 4°.)

Sententia Anacleti hæc est: DOMINUS FORTITUDO PLEBIS SUE (42, 49).

Bullis ejus subscrisserunt:

ep. Portuensis Petrus (4), Joannes (49).

presb. card. tit. S. Apolinaris Crescentius (49, 51).

 , , , apostolorum Gregorius (4).

 , , , S. Balbinæ Gregorius (4).

 , , , S. Calixti Jonathas (4).

 , , , Equitii Mathæus (49).

 , , , S. Eudoxiæ Mathæus (39).

 , , , S. Eusebiæ Amatus (45, 46, 49).

 , , , S. Marcelli Petrus (4, 49).

 , , , SS. Marcellini et Petri Crescentius (45, 45, 46).

 , , , S. Pastoris Joannes (4, 45, 46).

 , , , S. Praxedis Desiderius (4).

 , , , SS. Quatuor coronatorum Benedictus (51).

 , , , S. Sabinæ Comes (4).

 , , , Amatus (51).

 , , , S. martyris Susannæ Petrus (4, 43).

 , , , S. Vitalis Lictiefredus (4).

 , , , Matthæus (42, 43).

diac. card. S. Adriani Romanus (45, 49, 51).

 , , , S. Angeli Hermannus (4, 51).

 , , , SS. Cosmæ et Damiani infra templum Romuli Mathæus (48).

 , , , SS. martyrum Cosmæ et Damiani Pandulfus (48, 51).

 , , , S. Eustachii Gregorius (45, 46).

 , , , S. Laurentii Rainaldus (45, 46).

 , , , S. Luciae in septa solis Silvius (4, 43, 45, 46, 48, 51).

 , , , S. Mariæ in Aquiro Gregorius (4).

card. S. Agathæ Oderisius (48, 50).

Petrus Pisanus card. (42).

Dates bullæ sunt p. m.

Saxonis S. R. E. presb. card. et cancellarii (4, 39, 42, 43, 44, 45, 46, 48).

Matthæi S. R. E. presb. card. et cancellarii (49, 51).

ANACLETI ANTIPAPÆ EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA

I.

Ad archiepiscopos, episcopos, abbates, præpositos et reliquos tam clericos quam laicos per Alamaniam et Saxoniam constitutos.

(Anno 1130, Febr. 24.)

[ECCARD, *Corpus hist.*, II, p. 351, ex cod. Udalric., n. 339.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei, vene-

B rabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, abbatis, præpositis et reliquis tam clericis quam laicis per Alamanniam et Saxoniam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex auctoritate beati Pauli apostoli didicimus, et in nobis ipsis nuper experti sumus, quoniam vere inscrutabilia sunt judicia Dei et investigabiles viae

ejus, Obeunte si quidem decessore meo papa Honorio, fratres nostri cardinales pastoris solatio destituti, mira et stupenda cleri et populi concordia ad summum nos apicem pontificatus elegerunt. Quanta tunc honorisceptia, quanto populi concursu, quantaque cunctorum laetitia ad beati Petri apostolorum principis basilicam deducti atque in sacratissima ejus cathedra fuerimus positi, cogitare, quis poterit narrare? Vestram igitur universitatem litteris presentibus jussitantes monemus in Domino et obsercamus, ut in ea quæ semper mansistis, dilectione, ac fidei constantia persistatis ac pro consueta et debita Romanæ Ecclesiæ reverentia, quæ ad nostrum et ejusdem Ecclesiæ honorem pertinent, operari per Dei gratiam curetis, scientes procul dubio quoniam nos vestris bonæ voluntatis effectibus ingratos minime invenietis. Si quid autem sacerdotum rumor acceperitis, non multum miremini; solius enim Dei est unire vota, et omnium voluntates; falsum tamen, quidquid praeter id quod diximus delatum fuerit, habeatis; cum neveritis electionem nostram hoc ordine celebratam. Ignem sui amoris in cordibus vestris conservet Dominus omnipotens et aeternæ beatitudinis vos faciat coheredes.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, vi Kalendas Martii.

II.

Ad Lotharium Romanorum regem et Richizam reginam.

(Anno 1130, Febr. 24.)

[ECCARD, Corp. hist., II, 351, ex cod. Udalric., II, 340.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei, dilectissimo in Christo filio LOTHARIO gloriose Romanorum regi, nec non speciali beati Petri filiae RICHINÆ reginæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Potquam, disponente Deo, ad totius Ecclesiæ regnum promoti sumus, sicut ex litteris, quas ad regni vestri episcopos misimus, cognoscetis, excellentiem vestram duximus litteris specialibus visitandam. Nos siquidem juxta decessoris nostri papæ H[onorii] exemplum et vos et honorem vestrum singulari volumus affectu diligere, vestrosque amicos seu inimicos nostros pariter depudare. Rogamus ut, pro beati Petri reverentia et dilectione nostra, matrem vestram Romanam Ecclesiam diligere, atque secundum datum vobis a Domino protestatem honorare in omnibus procuretis. Cæterum quoniam serenitas vestra domino papæ Honorio pro fratre nostro dilectissimo Coloniensi archiepiscopo supplicavit, nos fratrum nostrorum consilio preces vestras benigno intuitu audientes, interdictum decessoris nostri ob dilectionis vestrae gratiam relaxamus, et predicto frati nostro officii sui plenitudinem restituimus. De Halvere Stadiensi episcopo breviter respondemus, quoniam videlicet ad partes illas de fratribus nostris aliquem mittere disposui-

A mus, qui legati nostri archiepiscopi Moguntini consilio una vobiscum ea quæ ad vestrum et regni honorem pertinent, præstante Domino, adimplebit. Per eumdem quoque fratrem quem misericors fratri nostro A. Bremensi archiepiscopo, plenam justitiam fieri pro vestra et totius regni gratia disposuimus, et sua illi Ecclesiæ privilegia confermare.

Datum Romæ apud S. Petrum, vi Kalendas Martii.

III.

Simoni abbati Rastedensi mitre, chirothecarum et sandaliorum usum concedit, rogante A[dalberone] archiepiscopo Hamburgensi.

(Anno 1130, Febr. 24.)

[LAPPENBERG, Hamburg. Urkund., I, 132.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio S., abbati Rastedensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem.

Commissi nobis officii ratio postulat ut fratribus nostris et filiis justa et honesta poscentibus benignum præbeamus assensum. Tuis igitur, charissime fili, Simon abbas, precibus inclinati et præcipue charissimi fratris nostri A. Bremensis Ecclesiæ archiepiscopi, rogatu et amore devicti, ex liberalitate sedis apostolicæ concedimus tam tibi quam Ecclesiæ tuæ mitram, chirothecas atque sandalia, ut videlicet in conciliis atque in præcipuis monasteriis tui et Bremensis Ecclesiæ festis inter missarum solemnias tibi, ex auctoritate nostra, liceat insignia ipsa gestare.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, vi Kalend. Martii.

IV.

Privilegium pro monasterio S. Pauli de Urbe.

(Anno 1130, Mart. 27.)

[MARGARINI, Bullar. Casin., II, 139, ex archiv. sac. monasterii S. Pauli de Urbe, capsula T, n. 3.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei, reverendo in Christo filio ANASTASIO abbati Sancti Pauli apostoli, et fratribus regulariter ibidem Domino servientibus, et servituris, in perpetuum.

Ex apostolicæ sedis administratione compellimus et officii nostri debito incitamur, ut venerandum beati Pauli apostoli monasterium, sacratissimo ejus corpore gloriosum, specialius honoremus, eique, et quibus per ipsius Apostoli meritum possumus, nostra impetriri suffragia satagamus; præserum cum, non sibi nostra conserre, sed quæ sua sunt, videamus potius confirmare. Tuis igitur, dilecte in Christo fili, Anastasi abbas, et fratrum tuorum petitionibus annuentes, commisso tibi ejusdem Apostoli monasterio concedimus, et confirmamus omnes oblationes, quæcumque a fidelibus Christianis, super ipsius altare majus, in quo gloriosum corpus apostolicum requiescit, seu in confessione, atque in reliquiis Ecclesiæ ipsius altaris oblate fuerint; quemadmodum prædecessor noster Alexander papa, et alii ante cum Romani pontifices, jam dicto mo-

monasterio concesserunt. Item concedimus, et confirmamus tibi, tuisque successoribus possessiones bas, in Albano ad idem monasterium pertinentes, videlicet cellam Sancti Nicolai, cellam Sanctæ Mariæ in palatio, quæ dicitur minor, ecclesiam Sancti Stephani, ecclesiam Sanctæ Trinitatis, ecclesiam Sancti Leonardi, casale Auseranum in integrum cum omnibus ad jam dictas ecclesias pertinentibus. In lacu præterea ejusdem civitatis majori, piscariam unam; in minori vero lacu, qui Lurni dicitur, quartam partem; et quæcunque alia in eadem civitate habere dignoscitur. Itemque casas, terras, vineas, hortos, culta et inculta, et quidquid in Antra habere cognoscimus. Pari modo gualdum, quod dicitur Lapigium, cum ecclesia Sancti Proculi, sive quibus aliis nuncupatur vocabulis, culta et inculta eidem gualdo pertinentia. Civitatem vero Ardeatinam, cum omnibus ad eam generaliter pertinentibus, eidem venerabili monasterio concedimus et confirmamus. Castrum Patricam, Decimum, Trifusam, Fundum qui vocatur draconis, massam Florianam, sive quibus aliis nuncupatur vocabulis, cum terris, silvis, campis, pratis, pascuis, et cuin omnibus ad eum generaliter pertinentibus. Simili modo concedimus, et confirmamus eidem venerabili monasterio S. Pauli apostoli ecclesiam Sancti Anastasii de Fundo, Aquas Salvias, cuin ecclesia Sancti Nicolai, et aliis ecclesiis, quæ sunt in massa, quæ dicitur Nemus; necnon et eamdem massam, cum terris, vineis, hortis, canapinis, aquæmolis, piscariis, et cum omnibus ad eam generaliter pertinentibus; simulque castella ad eamdem Sancti Anastasii ecclesiam pertinentia. Et concedimus et confirmamus præterea fundum Paterni situm foris portam Sancti Laurentii, cum terris, pantanis, hortis, aquæmolis, cultis et incultis, et omnibus sibi pertinentibus; curtem Sanctæ Cæcilie de Mega, sita foris portam Sancti Laurentii, his finibus terminata, ab uno latere flumen Tyberis, ab alio rivus Megæ, et iuxta eumdem rivum ascendit, usque ad terras Sanctæ Luciæ de Renatis, indeque usque ad publicam viam, et subinde descendit usque in puteum publicum, et exinde ascendit per formellas, usque ad flumen Tyberis. Duo etiam castella juxta posita, id est Longetia et castellum de Palea, cum omnibus eorum pertinentiis. Insper et castrum Osæ, massam Sancti Juliani, et curtem ejus, cum pantanis, silvis, terris cultis et incultis, sicut antiquitus limitata fuerunt, cum medietate loci Borrani, his finibus terminata; a primo latere flumen Tyberis, a secundo rivus Osæ, usque ad pontem Sanctæ Dignæ et Meritæ; a tertio latere, ab eodem ponte, et per eamdem aliam, usque ad pilum fractum, et per eamdem silicem in rivum Spineti, quartum vero latus terminatur eodem rivo Spineti, usque in Silicinum rivum, et per eumdem rivum usque ad flumen; castellum præterea Passarani, cum Rocca, et cum omnibus suis pertinentiis; castrum Corcuruli, castrum Sancti Victorini, cum

A omnibus suis pertinentiis; ecclesiam Sancti Petri de Massa positam in territorio Prænestino; castellum insuper Formelli cum omnibus pertinentiis suis; cellam Sancti Stephani cum castello suo, in territorio Sutriño, cum vineis, terris, silvis, hortis, molendinis, cum casalibus, et coloniis ad eam pertinentibus; castrum Sanctæ Severæ, cum ecclesiis, terris, vineis, silvis, hortis, canapinis, cum portu et piscariis in mare, et cum omnibus ad eam generaliter pertinentibus; cum castello præterea Cannpani, casas, terras, vineas, et fundum unum in territorio Nepesino, et unam massam in Juliano; pariterque civitatem de coloniis, et medietatem civitatis Stertilianæ; Flagianum, Leprinianum, Morlupum, castrum Vaccaritiæ et castrum Regianum, B cum omnibus pertinentiis eorum; casale quod vocatur Quintum, quod et Lubra nuncupatur, cum omnibus suis pertinentiis. Pariterque in campo Rotundo villam unam; et Massa quæ vocatur Ulmetum; nec non monasterium Sancti Leonis situm sub clivo Scauri, in septem viis, cum omnibus pertinentiis suis; et ecclesiam Sancti Sergii et Bacchi positam in Suburra, cum omnibus suis pertinentiis; et ecclesiam Sancti Nicolai iuxta formas cum bonis suis.

C Ab omni præterea jugo et ditione cuiuscunq; personæ prælibatum monasterium liberum et solutum, nisi nostra, et apostolicæ sedis istius auctoritate privilegii volumus permanere, ut videlicet nulli personæ, nulli ecclesiæ, excepto nostræ tantum apostolicæ sedi, quolibet modo in aliquibus subjacere cernatur. Et ideo omnem cuiuslibet ecclesiæ sacerdotem in prænominato monasterio, et in cunctis ecclesiis sibi pertinentibus, qualibet auctoritatæ, ditionem habere, præter nostræ sedis apostolicæ omnimodo prohibemus. Interdicimus etiam, ut nisi a rectore ejusdem monasterii quispiam fuerit invitatus, missarum solemnia ibidem nullomodo celebrare præsumat. Et ubiunque vel a quoconque episcopo, ejusdem loci fratres ordinari voluerint, altaria benedici, chrisma suscipere, libera-ram habeant facultatem. Decernimus etiam ut nullus episcopus quemquam monachorum vel clericorum, per diversa loca ejusdem cœnobii constitutorum, audeat excommunicare, vel ad synodum vocare, præter tuam tuorumque successorum licentiam; seu ecclesiæ ad idem monasterium pertinentes interdicere. Obeunte te nunc ejusdem cœnobii abbatem, vel tuorum quilibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia præponatur, nisi quem fratres communis consensu, vel fratum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et beati Benedicti regulam elegerint.

Præsentis itaque privilegii auctoritate concedimus et confirmamus sæpe dicto venerabili monasterio quæcunque a beato papa Gregorio et ab aliis post eum prædecessoribus nostris sanctæ recordationis Romanis ponutib; Sylvestro, Marino, Leone, Stephano, Alexandro concessa noscuntur, quæcun-

que etiam hodie donatione regum, liberalitate principum, sive quorumlibet aliorum fidelium virorum oblationibus, pronominatum monasterium possidet; quæcumque etiam in futurum, Domino largiente, poterit adipisci, tam tibi, quam tuis in posterum successoribus concedimus et confirmamus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis autem, quod non optamus, temerario ausu nostræ apostolice sedis statutum in quoquam temerare, vel infringere præsumpsiter et contradictror illius extiterit in aliquo, auctoritate sanctæ et individuæ Trinitatis, et apostolorum principum Petri et Pauli, quorum licet indigni, dignatione tamen divina, vicibus fungimur, vinculo anathematis mancipatus, a regno Dei segregatus, diabolo et angelis ejus, nisi resipiscens satisfaciat, indissolubiliter aggregetur. Qui vero pro respectu observator ac defensor hujus confirmationis et concessionis extiterit, potestate beatorum principum apostolorum Petri et Pauli, cœlestis regni intronit et gratiam et gloriam a justo judge Domino Deo nostro, vitamque æternam percipere mereatur, in sæcula sæculorum. Amen, amen, amen.

Ego Anacletus Catholicæ Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Petrus Portuensis episcopus ss.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tituli Apostolorum ss.

Ego Desiderius presbyter cardinalis tituli Praedidis ss.

Ego Petrus presbyter cardinalis S. martyris Susannaæ ss.

Ego Petrus presbyt. cardinalis tituli Sancti Marcelli ss.

Ego Comes presbyter cardinalis tit. Sancte Sabine ss.

Ego Licetfredus presbyter cardinalis tituli S. Vitalis ss.

Ego Gregorius presbyter cardinalis tit. S. Balbinæ ss.

Ego Jonathas presbyter cardinalis tit. Calixti ss.

Ego Joannes presbyter cardinalis tit. Pastoris ss.

Ego Sylvius diaconus cardinalis tit. S. Luciae ss.

Ego Hermannus diaconus cardinalis S. Angeli ss.

Ego Gregorius diaconus cardinalis S. Mariæ in Aquiro ss.

Datum Laterani per manum Saxonis sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis et cancellarii, pœsto Kal. Aprilis, indict. octava, Incarnationis

A Dominice anno 1130, pontificatus autem domini Anacleti secundi papæ anno primo.

V.

D[ividacum] archiepiscopum Compostellanum hortatur ut in studio fideque erga B. Petrum perseveret, nuntiosque ad sese mittat. Memorat veterem ejus amicitiam cum beatæ memorie patre suo, Petro Leonis, gestam.

(Anno 1130, April. 10.)

[FLOREZ, *España sagrada*, XX, 512.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri D. Compostellano archiepiscopo, salute et apostolicam benedictionem.

Communem matrem sanctam Romanam Ecclesiam præcipuis semper studiis adjuvisti et predecessoribus nostris in supremis semper necessitatibus subvenire attentius procurasti. Unde dominus et nutritor noster sanctæ recordationis papa Paschalis, et alii post eum Romani pontifices fraternitatem tuam præ cæteris dilexerunt, et præclaris gratiarum actionibus adornarunt. Nos igitur et meritorum tuorum memores et veteris amicitiae, quam cum genitore meo bonæ memorie Petro Leonis specialiter habuisti, attentius recordantes, post apostolorum Petri et Pauli Ecclesiam personam tuam et commissam tibi B. Jacobi apostoli ecclesiam principalius diligere, et præstante Domino cupimus honorare. Tua itaque strenua sollicitudo more solito et nunc ad B. Petri servitium accingatur, et in præterita dilectione ac fidei constantia perseverans Romanam Ecclesiam amplius pro nobis diligere studeat, et propensius adjuvare. Porro ad fraternitatem tuam litteras misimus, actionem ordinis nostri et perpetrati a falsis fratribus scandali continentis. Rogamus ergo, ut coram omnibus qui in partibus tuis sunt publice legi facias, et ad partes alias dirigas transcribendas. Nuntios præterea tuæ fraternitatis usque ad nos dirigere nullatenus differas.

Datum Romæ apud S. Petrum iv Idus April.

VI.

Cluniacensibus scribit de studio erga monasterium eorum suo, ubi sese memorial vestem monachicam sumpsisse. Significat se, mortuo Honorio, in ecclesia B. Marci electum esse, et in æde S. Petri consecratum.

(Anno 1130, Maii 4.)

[BARON., *Annal. ad an. 1130, n. XXXV.*]

Conversionis meæ primordia reducens ad animum, nullum me Cluniensi monasterio invenio debitorem, propterea quod in eo et monasticum habitum, et conversandi sumpsi, divinæ potentiae gratia protegente, principium. Cui licet in omnibus quæ nihil pleno charitatis ubere pia devotione impendit, æqua redhibitione nequeam respondere, me ipsum tamen ei, quod possum, fidelissima servitute substerno. Et ideo de statu nostro, seu de his quæ penes nos, Dei nos respiciente clementia, prospere acta sunt vel aguntur, sanctæ dilectioni vestræ dignum duximus, missis ad vos litteris, intimare. Decedente siquidem

de hac vita domino prædecessore nostro p[ro]p[ter]e memo-
r[ia] papa Honorio, cardinales Ecclesiæ Romanæ
presbyteri, et diacones, et subdiacones, primicerius
cum omni schola et ordinibus palatii, judices et scri-
narii, et clerus omnis Romanus, experte omni
populo, cum honoratorum devotissimorum assensu,
in titulo B. Marci me, licet indignum, in papam Ana-
cletum unanimiter elegerunt, et electum in ecclesia
B. Petri patroni nostri venerabilis frater noster Pe-
trus Portuensis episcopus cum diversarum regionum
episcopis celeberrime consecravit.

Veruni quidam falsi fratres, Alii Belial, filii pesti-
lentiae, filii Agar, sapientiam quæ de terra est, ex-
quirentes (*Baruch. iii.*), inebrati calice iræ Dei om-
nipotentis, Dei dispositioni et constitutioni ecclesiæ
auso improbo visi sunt contraire. Quorum caput
est Aimericus quondam cancellarius, avaritiam ser-
vus, histrionum et scurrarum delirus inventor, ec-
clesiarum expoliator [*al. expilator*], servorum Dei
improbus exactor, alter Giezi, qui simoniis publicis
et privatis lepram Naaman (*IV Reg. v.*), et maledic-
tionem Dei bæreditario est jure sortitus. Illic Joannes
de Crema, homo miserabilis et vero Nicolaita, et
inter biochanatos aliquando per papam Honorium et
cardinales damnatus, promissionibus vanis inductus,
alludit. De Petro cardinali Sanctæ Anastasiæ, quod
thesauri Cluniacensis assuetis tergiversationibus in-
satiabilis exstitit prædo, et Gozelmo Sanctæ Cæcilie,
silere dignius diximus, quam de eis et de eorum tur-
pissima servitute vobis scribere. Ii Aimerici quadra-
vivebant, et sicut celebre est apud nos, juramento
astricti, iniuritatis suæ caput per omnia sequuntur
(206). De quibusdam pseudoepiscopis, quos factionis
sue complices prædictus induxit, nullus nobis sermo,
nulla nobis cura est, cum nihil ad eos de Romani ponti-
fics electione pertineat. Porro, quia per Dei gratiam
omnia nobis prospera sunt, nos in aliquo kædere non
valent, maledicta congenerant. Latranti in nos canes
impudentissimi, et ore vipereo detrahunt, et fetenteu
erapulam eructantes, in Dei Ecclesia de sua pessima
conscientia multa ore fœtidissimo evomunt. Posue-
runt quippe juxta impiorum testimonium mendacium
spem suam, obtenebratos habentes oculos, nescientes
quod iniuritatem in excelsa loquantur, et ponant in
cælum os suum, ut lingua eorum transeat super
terram. Nec mirum si ab eis cum Dei Ecclesia blas-
phememur, cum patrem familiæ Dominum Beelzebub
vocarunt patres eorum (*Matth. x.*).

Quocirca, fratres in Christo charissimi, paterno
vos alloquio salutantes, dilectionem vestram in Do-
mino commonemus ut eorum præstigia, si forte vo-
bis arriserint, devitantes, Romanæ Ecclesiæ unita-
tem constantissime teneatis. Hinc fratres illi, de
quibus scripsimus, quod Dei Ecclesiam scindere, et
altare anathematis vel maledictionis titulum sunt
fabricare mollii, sancti Spiritus et proprio sunt ju-
dicio condemnati. Convenientibus namque fratribus
nostris cum omni clero Romano, cum terque qua-

A terque vocati, aut rationem ponere, aut satisfacere
contempsissent, ab Ecclesiæ gremio digno sunt ana-
themate resecati. Tradidimus eos Satanæ, ut discant
non blasphemare. Illorum versutias et præstigiosa
figmenta quia longum est scribere, latori præsentium
Gregorio, sedis nostræ diacono cardinali, commi-
simus indaganda. Rogamus itaque sanctitatemi ve-
stram ut illam quam circa me dilectionem in minoris
ordinis administratione visi estis exhibere, nunc in
apostolica sedis regimine constituto subtrahere non
debeat. Considerans siquidem infirmitatem meam
ad apostolicae sedis culmen non posse sufficere, onus
hoc declinare malueram, ne in pastorali regimine
imparis administrationis actione succumberem. Sed
quia contraire non est disponentis Dei arbitrio, obe-
dienter secutus sum quod misericors de me Omnipotens
manus voluerit operari. Domini et principes
nostris Petrus et Paulus, quibus in loco sancto assidue
deservitis, vobis pro nobis orantibus gaudia æternæ
felicitatis obtineant.

Datum Ronke apud S. Petrum Kal. Maii.

VII.

[*Girardo episcopo Engolismensi*] apostolice sedi lega-
tionem in Aquitanæ partibus concedit. Gregorium
cardinalem commendat. Negotium ei dat ut conci-
lium convocet.

(Anno 1130, Maii 1.)

[BARON., *Annal. ad an. 1130, n. XLII.*]

C Pro tua probitate, quam sancta mater Romana
Ecclesia longo iam tempore experta habuit, et tan-
quam charissimum suum præcipuum filium dilexit,
et specialius honoravit, dominus quidem et nutritor
noster papa Paschalis, et alii post eum Romani pon-
tifices ob insignia virtutum tuarum suas tibi com-
miserunt vices in Aquitanæ partibus peragendas.
Nos igitur dilectionis præteritæ ac sollicitudinis mé-
mores, quibus semper matrem tuam Romanam Ec-
clesiam dilexisti, et propensius audivisti, legationem
apostolicae sedis liberalitate a prædecessoribus nostris,
tibi concessam, nos quoque concedimus : et sicut
illorum habuisse cognosceris, ita et nostras habere
te vices deinceps volumus, et gratis, plenoque cha-
ritatis intuitu confirmamus. Ad hujus autem nostræ
concessionis firmamentum dilectum filium nostrum
Gregorium diaconem cardinalem misimus, quem in
partibus illis aliquantis per volumus conversari. Tuæ
itaque fraternitati mandamus, ut cum eodem filio
nostro concilium studeat convocare, in quo, charitate
media confidentes, communicato fratrum consilio
sanctique Spiritus gratia cooperante, corrigenda
corrigat, et quæ confirmatione digna sunt confor-
met. Per ipsum etiam de promotione nostra seu de
scandalo quod in Romana Ecclesia factum audisti,
te redditus certiorem; quatenus dilectio tua et men-
daciun omne respuere, et veritatis testimonio indu-
bitanter valeat adhærcere.

(206) Vide Petrum Cluniensem, no. III, epist. 31.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kal. Maii (206').

VIII.

Episcopis quibusdam commendat Gregorum diaconum cardinalem, in partes Aquitanie a sese missum. Hoc tatur ut Girardo Engolismensi praesent reverentiam, cui se scribit de celebrando concilio mandasse.

(Anno 1130, Maii 1.)

[BARON., ibid., n. XL.]

Diurna prædecessorum nostrorum consuetudo, et negotia nuper emergentia nos compellunt ut legatum ex latere nostro ad vos dirigere debeamus, dilectumque filium nostrum Gregorium cardinalem diaconum in partes Aquitanie mittentes, ut solita eum pietate pro beati Petri, et nostra reverentia benigne suscipiat, eique quo ordine nos Dominus apostolicæ sedi præesse voluit, ac de scando, quod a paucissimis in Romana Ecclesia factum audistis, aures vestras sine hæsitatione præbeat. Ejusdem nimis fidem sacrosancra Romana Ecclesia probatam habet, neque aliud vobis enarrabit, præter id quod veritas docet. Præterea universitati vestre significamus quod pro morum honestate, prudentiaeque efficacia, sicut beatæ recordationis papa Paschalis nutritor noster, et post eum alii antecessores nostri Romani pontifices fecerunt, venerabilem fratrem nostrum Gerardum Engolismensem episcopum per vestras provincias ei cooperante apostolicæ sedis liberalitate in partem sollicitudinis vestrae vocavimus. Per præsentia igitur vobis scripta mandamus, ut eidem fratri nostro, tanquam apostolicæ sedis legato debitam cœretis reverentiam exhibere. Nos enim ei et dilecto filio nostro dedimus in mandatis, ut convocato fratum collegio, sanctique Spiritus gratia invocata corrigenda corrigan, et quæ digna fuerint confirmatione corroborent.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Kal. Maii.

IX.

• *Nobilem prudentiam cujusdam ad memoriam excitat amicitia cum beatae memoria patre suo gesta. Exponit de pontificatu ad sese delato, etc.*

(Anno 1130, Maii 1.)

[BARON., ibid., n. XIII.]

Veteris amicitia meiores, et ejus præcipue quæ inter te et bonæ mem. patrem meum longo tempore stabili firmitate duravit, dignum duximus nobilem prudentiam tuam apostolicæ litteris visitare, et mutuæ affectionis fœdera dignis allegationibus innovare. Quamobrem quanto te arctius charitatis brachis cupimus amplexari, tanto diligentius de statu Romanae Ecclesiæ, seu de his quæ penes nos sunt zeta, litterarum nostraruin serie dilectionis tuæ intime curavimus. Obeunte siquidem piæ memoriarum papa Honorio, fratres nostri cardinales presbyteri et diacones cum omni clero Romano, expetente populo, et indefessis vocibus insidente, consentienti-

(206') De eadem legatione Gerardi in Aquitania sub Paschali, nemini Willelmus Malmesburiensis in rebus gestis regum Angelorum. Hæc de legatione credita

bus, etiam, juxta tenorem canonum, honoratis devotis animis et affectione unanimi invitum me et viribus imparem concorditer elegerunt, electumque postea frater noster Petrus Portuensis, convenientibus diversarum regionum episcopis, ad altare beati Petri, sub oculis omnium, in Romanum pontificem celeberrime consecravit.

B Verum quidam de fratribus loco et tempore novitii et paucissimi numero, quorumdam perfidorum blandis astutis suffocati, altare aliud erigere, et anathema Hierico in sanctuarium Dei introducere, et simulacrum Phegor de inauribus mulierum insipientium sunt in tenebris fabricare conati. Sed Deus omnipotens, qui consilium Achitophel infatuavit, eorum prava consilia modo destruxit mirabiliter. De domo namque Leonis Fraipani [al. Frangipanis, et sic alibi], cuius potissimum viribus videbantur inniti, nocturno tempore fugientes, se trans Tiberim contulerunt, et ibi quasi quodam carcere latentes, præsumptionis suæ ignominiam crebris doloribus flebiliter experiuntur.

Sane clerus omnis Romanus individua nobis charitate cohæret. Praefectus Urbis Leo Fraipanis cum filio et Cencio Fraipane, et nobiles omnes, et plebs omnis Romana consuetam nobis fidelitatem fecerunt. Nos quoque quæ officii nostri sunt, in Urbe, intus et extra libere exercemus: ordinationes cardinalium fecimus, et episcopos, largiente Deo, consecravimus. Rogamus itaque nobilitatem tuam, ut sicut de te spem firmissimam possidemus, pro Romana Ecclesia consueta debeas instantia laborare, et dilectionis tuæ insignia manifestis nos facias effectibus experiri. Hæc enim agens et Romanam Ecclesiam semper obnoxiam, et nos tibi de cætero facies debitores. Nec te, charissime, Haimericu quondam caecillarii, prædonis improbi, simoniæ servi, seu Joannis de Crema, hominis turpissimi et incircumcisæ, et vere Nicolaitæ, monstruosa mendacia moveant; nec fidei tuæ murum eorum vaniloquia, aut venenosa mendacia penetrant, qui velut Cain a facie Domini (Gen. IV) fugientes maledicti a terra, fratricidii signum meretricia coguntur fronte gestare.

Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Maii.

X.

[Ludovico Francorum regi] legatum suum, Ottoneum episcopum Tudertinum commendat.

(Anno 1130, Maii 1.)

[BARON., ibid., n. XXVII.]

Jamdudum voluntatis nostræ ac desiderii sui, ut desiderabilem nobis personam tuam, et totam Gallicanam Ecclesiam tali visitaremus legato, qui Dei et Ecclesiæ honorem atque salutem tuam nosset et posset strenue ac fideliter operari. Cæterum nobis erga plurima occupatis, desiderium nostrum hucusque dilatum est. Sane opportunitate habita, quod pro tempore intermisso conspicimus, ipso jam debili-

ab antipapa episcopo Engolismensi. Sed qua occasione, accipe ex S. Bernardo, qui de eo abunde agit in epistola 126 ad episcopos Aquitanie.

compellente perficere non moramur. Multam enim de tua nobili et experta dilectionis constantia fiduciam possidemus, qua personam nostram a puerō dilexisti, et dulcediniis tuæ affectione benevola educasti, ut more solito et communem matrem Romanam Ecclesiam bonore debito venereris, et nos ipsos personaliter dilectionis tuæ afflentia prosequaris. Eapropter charissimum fratrem nostrum Ottomem Tudertinum episcopum, unum videlicet ex præcipuis Ecclesiae membris, virum utique honestum et religiosum, et domini prædecessoris nostri sanctæ memorie Paschalis papæ plantarium ad tuam usque præsentiam a nostro latere delegamus, qui te de statu nostro faciat certiores, et in diversis regni tui partibus, quæ correctione seu confirmatione digna fuerint, vice nostra corrigat et confirmet.

Præsentibus igitur litteris nobilitatem tuam rogamus, ut eum et reverenter suspicere, et tanquam nostras præferentem vices studeas honorare. Nobis enim, quidquid obedientiae, quidquid ei honoris exhibueris, ascribemus. Nos profecto plenius te benevolentiae nostraræ brachiis amplexainur, et tuum utique filii gloriosi regis Philippi honorem, prestante Dominino, cupimus efficaciter exaltare. Porro de promotione, per fratres nostros cardinales et episcopos suffraganeos Romanæ Ecclesie celebrata, de cleri et populi nobiscum unanimitate, seu etiam scando, a paucis pseudofratribus celebrato, eidem legato nostro injunximus, tibi et regno tuo plenius intimare. Rogamus ergo ut pro Ecclesia Dei murum te validissimum opponas, et aures tuas ab illorum mendacibus seu detractionibus omnino avertas, quatenus inter reliquos Christianæ gentis principes, præcipuum te Catholicæ fidei defensorem, sicut semper, ita et nunc tota nobiscum Ecclesia recognoscat. Charissimam filiam B. Petri, dominam reginam, benedictione apostolica salutamus. Omnipotens Dominus apostolorum suorum Petri et Pauli meritis personam potestatemque vestram custodiat, et per temporalem administrationem æterni vobis regni participium largiatur.

Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Maii.

XI.

[*Philippe Ludovici Francorum regis filio] Ottонem legatum suum commendat. Rogat ne inimicorum suorum mendaciis aures præbeat.*

(Anno 1130.)

[BARON., ibid., n. XXIX.]

Nobilium factorum tuorum memoria, et antiquarum amicitiarum gratia invitamus, ut desiderabilem nobis personæ tuæ præsentiam invisere in le-gato, qui Dei et Ecclesiae honorem, atque salutem tuam noverit strenue et fideliter operari. Proinde charissimum fratrem nostrum Ottomem Tudertinum episcopum ex nostro ad te latere delegamus, unum videlicet ex præcipuis Romanæ Ecclesiae membris, virum utique sapientem et religiosum, domini et prædecessoris nostri sanctæ memorie Paschalis papæ plantarium, qui te ipsum, et fratres nostros et filios

A visitet, et quo ordine nos Dominus ad honoris hujus officium promoveri voluerit (quæ nobis etiam per Dei gratiam prospere successerunt), viva voce vobis valeat nuntiare; præterea si qua in partibus illis corrienda vel confirmanda fuerint, sancto cooperante Spiritu, vice nostra corrigat et confirmet. Præsentibus igitur litteris nobilitatem tuam rogamus, ut eum reverenter suspicere, et tanquam nostras, imo beati Petri vices præferentem studeas honorare. Cæterum quorundam pseudofratrum maliloquia et mendosa figura-dilectionis tuæ constantiam non dimoveant: nam detecta eorum mendacia per legatum nostrum tibi et regno tuo amplius nota sicut. Ad hæc plurima liberalitatis obsequia, et prædecessoribus nostris exhibita, et nobis ipsis personaliter impensa e memoria nostra non possunt, nec debent excidere: pro quibus præstante Deo, cupimus æqua tibi et honori tuo vicissitudine respondere. Rogamus itaque ut sicut semper, ita et nunc in B. Petri servitio et amore nostro attentius perseveres, quatenus juxta laudabilem benevolentiae tuæ morem te inter reliquos reges et principes præcipuum adjutorem nos et nobiscum tota Ecclesia, sentiamus.

Batum Romæ apud S. Petrum.

XII.

Episcopis quibusdam commendat Otonem legatum suum.

(Anno 1130, Maii 1.)

[BARON., ibid., n. XXX.]

Dudum desiderii nostri fuerat, idoneum ad vos a latere nostro nuntium destinare; ceterum nobis ergo plurima occupatis, desiderium nostrum hucusque dilatum est. Sane opportunitate habita, unum ex præcipuis Romanæ Ecclesiae membris, charissimum videlicet et venerabilem fratrem nostrum Ottomem, Tudertinum episcopum, ad partes vestras duximus delegandum, qui vos ex parte nostra plenius visitet, et de statu nostro faciat certiores; si quæ etiam inter vos fuerint pertractanda negotia, sancto cooperante Spiritu, una nobiscum vice nostra pertractet. Præsentibus igitur litteris universitatem vestram rogamus, ut eum reverenter suspicere, eique tanquam vicario nostro studeatis assistere et obedire. Hortamur etiam, ne laudabilem fidei vestrae constantiam quorundam maliloquia et præstigiosa figura perturbent, qui utique post concupiscentias suas eunt, altare aliud in Ecclesia Dei erigere, atque in occultis tenebris idolum cruentis manibus fabricare præsumiserunt. Quod enim, disponente Deo, circa promotionem nostram factum audistis, non in angulo, vel latibulo, sed in luce et in manifesto, ab universo Urbis clero et populo, ex deliberato fratrum consilio, ex communi assensu, et unanimi desiderio celebratum esse noveritis. Nos per Dei gratiam in tota Urbe intus et extra, quæ nostri officii sunt, libertate plenaria operamur. Quæ minus litteris continentur, eidem legato nostro injunximus verbo et scripto plenius refereenda. Omnipotens Dominus sua vos benedictione circumtegat, et suo faciat amore seruentes.

Datum Rome apud S. Petrum Kal. Maii.

XIII.

Episcopis quibusdam Ottонem, episcopum Tudertinum, legatum suum commendat. Ad fidem hortatur.

(Anno 1130, Maii 1.)

[BARON., ibid., n. XLII.]

Et apostolicæ sedis auctoritas, et emergentium causarum necessitas nos compellunt, ut fratres nostros circumquaque positos et litteris crebrioribus, et missis a latere nostro nuntiis visitemus: præcipue vero Gallicanam Ecclesiam nostra duximus visitatione dignissimam, quæ inter reliquas Christianitatis Ecclesias nullis unquam cessit terroribus, nulla prorsus potuit schismatica pravitatis infamia maculari: semper in plena Dei constantia perseverauis, Romanæ Ecclesiæ pacem unitatemque tenere, eamque semper studuit magnis obsequiorum exhibitionibus exaltare. Eapropter unum ex præcipuis Romanæ Ecclesie membris, charissimum videlicet fratrem Ottонem, Tudertinum episcopum in partem nostræ sollicitudinis assistentes [f. ascicentes], ad vos duximus delegandum, virum utique sapientem. et religiosum, atque ab ineunte ætate in Romana Ecclesia eruditum: qui Ecclesiam vestram et vos ipsos ex parte nostra visitet, clerum et populum benedicat vosque plenius de his, quæ nobis per Dei gratiam prospere successerunt, faciat certiores. Cui etiam dedimus in mandatis ut in partibus vestris concilia celebrare, ac si qua emerserint negotia, una vobiscum debeat, justitia mediante, terminare. Rogamus itaque fraternitatem vestram, ut eum reverenter suscipere, et tanquam vicario nostro studieatis assistere et obedire. Nec fidei vestræ constantiam quorundam maliloquia vel præstigiosa segmenta perturbent, qui post concupiscentias suas euntes, altare aliud in Ecclesia Dei erigere, et in tenebris idolum fabricare cruentis manibus præsumperunt. Quod enim circa nos, Domino disponente, factum audistis, non in angulo, vel in latibulo, sed in luce et in manifesto, ex deliberato fratrum consilio, ab universo Urbis clero et in populo celebratum esse uoveritis. Nos per Dei gratiam quæ nostri officii sunt, in tota Urbe, intus et extra, libertate plenaria operamur. Quæ minus litteris continentur, idem legatus noster dilectioni vestræ plenius enarrabit. Omnipotens Deus sua vos benedictione circumtegat, suoque semper faciat amore ferventes.

Datum apud Sanctum Petrum Kal. Maii.

XIV.

Episcopo cuiusdam commendat Ottонem, legatum suum.

(Anno 1130, Maii 1.)

[BARON., ibid., n. XXXI.]

Quantam de probitatis tuæ solertia fiduciam habemus, quantum te amplioribus benevolentiae nostræ brachiis amplexemur, ipse nosti. Promotionis nostræ ordinem jam te credimus accepisse; atque nunc poteris quæ nobis prospera largitus sit Dominus, indagare.

A Legatum siquidem nostrum, venerabili fratre Ottонem, Tudertinum episcopum, unum videlicet ex præcipuis Romanæ Ecclesie membris, ad Galliarum partes dirigimus, qui charissimum et gloriosum filium nostrum regem, et te ipsum, atque alios fratres nostros et filios visitet; et de statu nostro faciat certiores. Si quæ etiam in partibus istis corrigenda vel confirmanda fuerint, sancto cooperante Spiritu, vice nostra corriget et confirmet. Ipsum igitur tuæ dilectionis committimus, tuæ potissimum experientiae commendamus, rogantes ut eum pro beati Petri reverentia, et dilectione nostra, in omnibus quæ oportere cognoveris, adjuves et sustentes. Nec solum ei officiose assistas, sed et cause nostræ curam ipse suscipiens, laboriosum pro nobis sollicitudinis onus collo tuo imponere non graveris, sciens quia nos tuæ charitatis obsequiis nunquam experieris ingratos. Obtemperantem monitis nostris fraternitatem tuam Dominus conservare dignetur incolumem.

Data apud Beatum Petrum Kal. Maii.

XV.

Ad episcopum quemdam. — Excusat se quod tardius ad eum litteras mittat.

(Anno 1130, Maii 1.)

[BARON., ibid., n. XXXIV.]

Quod tibi de statu nostro et Romanæ Ecclesie tardius scripsimus, frater charissime, ne mureris, quoniam et nos gravis de suscepti inopinata cara regiminis molestia occupavit. In tanta bestiarum frementium silva diversis fluctibus pressi, asperis sumus ventorum turbinibus agitati. Tanta quippe cogitationum me onera deprimit, tantum causarum flagris illidor, tantis tumultuosæ vite tempestatibus affligor, ut mens mea nullatenus ad superna se erigat, et ego recte clamare compellar: « Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me (Psal. LXVIII). » Considero namque qui sum, et infirmitatem meam plane considerans, ad apostolicæ sedis culmen propriis meritis non posse pertingere: onus hoc malui declinare, ne in pastorali regimine impars administrationis actionibus succumberem. Sed quia Dei disponentis arbitrio contraire non est, obedienter secutus sum, quod misericors de me Omnipotens manus voluerit operari. Cum ergo Ecclesie consuetudo posceret, et beatitudinis tuæ dilectio nos incitaret, curavimus non solum scriptis fraternitati tuæ charitatis et amicitiae vota persolvere, sed etiam de promotione nostra, quod desiderabile tibi fuisse credimus, per latorem praesentium venerabilem fratrem nostrum Ottонem Tudertinum episcopum, a domino sancto prædecessore nostro Paschali papa ordinatum, indicare. Ipse quidem et de his quæ apud nos acta sunt, seu de statu Urbis et Ecclesie, quanto plenius novit, tanto experientiae tuæ poterit verius enarrare. Sane de electione nostra, quæ a fratribus nostris cardinalibus, presbyteris, diaconibus et subdiaconibus quoque, et primicerio, et omni schola palatii ac cuncto clero Romano, expetente omni populo,

consentientibus juxta tenorem canonum honoratis, A est unanimi voto et concordi moderatione peracta, ad notitiam tuam multorum relationibus pervenisse jam credimus. Qualiter autem consecratio nostra per venerabilem fratrem Petrum Portuensem episcopum cum diversarum regionum episcopis ad altare beati Petri sit solemniter celebrata; quomodo etiam per viam sacram, phrygio capiti nostro, praedecessorum nostrorum more, imposito, ad Lateranense palatium venerimus, forsitan non ignoras. Quocirca de suavissimæ beatitudinis tuae fide et constantia impensius præsumentes, te impensius exoramus, ut piis precum tuarum suffragiis apud omnipotentem Deum nobis concurrere, et pro Romana debebas Ecclesia consueta instantia vigilare. Qualiter autem debeamus de fraternitatis tuae charitate præsumere, ex mentis nostra, quam circa te habemus, qualitate colligimus. Nec te aliter personam nostram, et apostolicam sedem diligere, quam ipsi vos diligimus, arbitramur.

Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Maii.

XVI.

Principem quemdam Gallicanum] ad suam causam perducere studebat.

(Anno 1130, Maii 1.)

[BARON., ibid., n. XXXIII.]

Nobilis memorie antecessores tui, sicut viri sapientes, et consilio providi, S. R. E. honorare, et pro collata a Domino potestate propensius exaltare curarunt, et sicut nos ipsi vidimus et testamur, praedecessoribus nostris nobili devotione servierunt. Inde est quod sedes apostolica inter reliquos Galliarum principes ampliori est eos gratia amplexata. Et ideo dilectionem tuam paternis alloquiis visitantes, prudentiam tuam litterarum præsentium serie attentias adhortamur, ut nobilium praedecessorum nobis successor Romanæ Ecclesiae individua semper charitate cohæreas, nec ab ejus unquam unitate declines. Cui profecto si indefessa fueris devotione prudenter innixus, tutu poteris, præstante Deo, stabilitate regnare. Nos quidem de nobilitate et fidei tuae [fidei tuae immobilitate et] constantia plurimum præsumentes, personam tuam dignis titulis honorare, et honore tuum paternæ dilectionis affectu omnimodis decrevimus ampliare. De promotione vero nostra, seu de his quæ apud nos acta sunt, venerabilis frater noster præsentium lator Otto Tudertinus episcopus, legatus noster, quem ad partes vestras pro variis negotiis delegamus, dilectionem tuam faciet certiorum. Ipsum igitur egregiae probitati tuae attentius commendantes, rogamus, ut pro amore beati Petri et nostri solita ei liberalitate concurrere, et tuis eum debebas solatiis consovere: quatenus et injunctum sibi mandatum, cooperante Deo, per industrie tuae solitum efficaciter exequi valeat, et tuam nos in eo valeamus diligentiam experjiri.

Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Maii.

(207) Locus corruptus.

(208) Quidam imperatorem nominat, non alium quam

XVII.

*Episcopo Drivastino se pontificem creatum nuntiat.
Ad Constantinopolitanum imperatorem legatum a se missum significat.*

(Anno 1130, Maii 1.)

[BARON., ibid., n. XLVII.]

Suscepti officii ratio nos hortatur ut ordinationis nostræ primordia et his qui prope et his qui longe sunt fratribus intimemus. Noverit itaque fraternitas tua quoniam, defuncto antecessore nostro papa Honorio, fratres nostri cardinales S. R. E. presbyteri et diacones cum universo Urbis clero et populo, communis voto et desiderio ad summum nos pontificatus apicem elegerunt, et electum fratres nostri episcopi Romanæ Ecclesiae suffraganei ad sanctissimum B. apostoli Petri corpus celeberrime consecravit. Ceterum labores tui et persecutio, quæ tibi a barbaris inferuntur, quemadmodum graves sunt, nuptio qui et communis charitatis debito, et apostolice sedis administratione compellimus (207), ut fratrum omnium passionibus compati, et eorum afflictionibus attentius subvenire debeamus. Dolemus autem, quia hæc quæ pateris, nobis ante hos dies cognita non fecisti, sicut [f. nam si] ea maturis audissemus, per legatum nostrum, quem ad charissimum filium nostrum imperatorem (208) direximus, pro quiete et subventione libentius scripsissemus. Hortamur autem dilectionem tuam, ut patienter omnia sufferas, in patientia tua illatas tibi oppressiones æquanimiter toleres, quatenus beatitudinem illam percipere merearis, quam patientibus persecutionem propter justitiam Dominus pollicetur. Nec unquam persecutio quælibet vel oppressio adeo te perturbet, ut sponsam tuam, Drivastinam videlicet Ecclesiam deseras, aut ab antiqua Patria lege ac traditione aliquo modo recedas. Nos autem fraternitati tuae non deerimus, quando debita et opportuna tibi tuæque Ecclesiae subaidia impendamus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kal. Maii,

XVIII.

[Lotharium regem] dolet ad suas litteras per [Adelbertum] archiepiscopum Bremensem missas non respondisse nec nuntios misisse.

(Anno 1130, Maii 15.)

[BARON., ibid., n. XIX.]

In ipso nostræ promotionis exordio per venerabilem fratrem nostrum Bremensem archiepiscopum serenitati tuae litteras misimus, tam de statu Romane Ecclesie, quam de his quæ circa nos acta fuerant, expressius continentes. Sed nos adhuc nulla clemētia tuae rescripta meruimus, nec inter multiplices curas, quibus in sedis apostolice moderatione constituti comprimitur, nuntiorum tuorum solatio allevari. Nos quidem personam tuam, in minoris ordinis administratione constituti, pro mira tuarum opinione virtutum ample dileximus, et suscepti regni genium pro nostro tunc posse consovimus. Unde

Orientalis esse, necesse est affirmare, eo quod ipsum Occidentale adhuc vacaret imperium.

procum dubio experientia vestra cognoscat, voti A nostri esse, ut quanto magis sedes apostolica regni pietate fulcitur, tanto amplius honorem tuum et regnum strictis debeamus brachiis amplexari. Vicissim enim sibi et regalis potestas, et sacra Romana auctoritas mutua debent inter se diligentia responderere. Sane tunc tuta erit conditio subjectorum, si regnum et Ecclesia, diebus tuis, alterutro titulo compassionis arriserint, et ad culmen imperii regni tui moderatio latius extendetur, si ea de re Dei gratiam pia fueris devotione sortitus.

Porro ut votis tuis satisfacere videamur, quæ circa nos sunt, tuæ volumus industriae fieri notiora. Nos Dei gratia et apostolorum suorum Petri et Pauli meritis bene et prospere sumus, quæ officii nostri sunt, intus et extra plana libertate disposuimus in pace sunt omnia quæ possidemus. Fratres nostri cardinales et episcopi, et clerici omnis Romanus individua nobis charitate cohaerent. Viri illustres, L^{eo} Fraapanis, Hugo praefectus Urbis, et frater ejus filius Leonis Fraapanis, et Cencius frater ejus, Stephanus de Petro, Stephanus de Thebaldo, filii Henrici de S. Eustachio, nobiles omnes, et plebs omnis Romana, capitanei et comites qui extra sunt, fidelitatem nobis debitam juraverunt, basilicam Beati Petri, Lateranense palatum, et reliquias munitiones Urbis quiete et pacifice delinemuimus: Conradum regni invasorem, licet ejus nomen nobis pro minimo fuerit, in Coena Domini, Laterani in basilica Salvatoris, sub oculis Ecclesie, quæ frequens ea die de diversis partibus mundi convenerat, in conspectu etiam omnium terræ sue, solemniter excommunicavimus.

Rogamus itaque nobilem prudentiam vestram, et in Domino commoneamus, ut sicut de te spem bonam et firmam possidemus, nostris debeat successibus congaudere, et tam pro nobis, quam pro omni Ecclesia Romana regalem ac piam sollicitudinem gerere, et efficacem nobis diligentiam exhibere. Nec vos quorundam venenatorum vaniloquia prava conturbent, qui totam Dei Ecclesiam venenare cupientes, dum taxationes pristinas et consueta mercimonias in sanctuario Domini exercere statuebant, testaceum idolum cruentis in manibus plasmare coenati sunt; quod lapis ille angularis de Domini monte descendens (*Ephes. 11.*), dura impressione communuit. Inculumem te et nostri memorem pia Dei dextera a malis omnibus tueatur.

Datum Romæ apud S. Petrum in diebus [Idibus] Maii.

XIX.

Ad Richinam reginam. — Ejus virtutem extollit laudibus eamque hortatur ut Lotharii regis in Ecclesiam Romanam studium confirmet.

(Anno 1130, Maii 15.)

[BARON., ibid., n. XXII.]

Auditum habemus, charissima in Domino filia, quod vere Christiana sanctitate resulgeas, quod ecclesias diligas, quod servos Dei piis ubique solatiis

soveas: nec minoribus es profecto praeconis attollenda, quod totius regni regimen censura justitia de tua potissimum dicitur moderatione pendere. Quæ de beatitudine tua, illustrissima filia, audivimus, incunctanter et credimus; et haec et alia plura de te nobis bona saepius nuntiata laetificant, et omnipotentem Deum assiduis precibus exoramus, utincepta sanctitatis opera, apostolorum Petri et Pauli meritis, pio et meliori te faciat fine concludere. Hortamur itaque nobilem prudentiam tuam, et in Domino commoneamus, ut inter regni curas, et secularium negotiorum sollicitudines, et seculi gloriae cor tuum semper ad Dominum habeas, et te quandoque cogites morituram: non de piis operibus mundi laudes affectes, ne dum hominibus foris placere delectat, Dei intus oculis possis desplicere. Virum tuum charissimum filium nostrum Lotharium Christianissimum regem sedulis suggestionibus adhortare, ut sic terreno regno humana potestate presideat, quatenus ipsum qui supra nos est, per quem reges regnant, et principes justa decernunt (*Prov. viii.*), qui transfert regna cum vult, qui facit reges inglorios, et accingit fune renes corum, caute semper et diligenter attendat. Et licet ipse Romanam Ecclesiam, ut certum habemus, plenis brachiis amplexetur, dilectionem tamen ejus et affectionem circa selem apostolicam, et nos, qui eam ex longo tempore dileximus, per tuam potius optainus industriam propagari. Porro nos personam ejus propensiore charitate diligimus, et honorem suum, largiente Domino, cupimus conservare, et diligenter et efficaciter ampliare. Quia igitur peccatis meis exigentibus Ecclesia regimen sum subire coactus, apostolatus onus cogor in amaritudine animæ meæ portare, sanctorum virorum solatiis ego, ut orationum suarum instantia mihi semper Deum propitium faciant, et gratiam ejus in omnibus ubique opportunitatibus augeant. Et ideo plurimum deprecavur, ut et Deum debas pro nobis obnixius exorare, et auxiliis et piis consilii tuis nos crebrius allevare. Vitam et annos tuos omnipotens Dominus apostolorum suorum Petri et Pauli meritis in bonis operibus augeat, et post vite hujus cursum vitam tibi largiatur aeternam.

Datum Romæ apud S. Petrum in diebus [Idibus] Maii.

XIX bis.

Ad quemdam episcopum. — Significat se hominem & Romanis excepsisse, ac de abbe Farfensi tanquam de adversario queritur.

(Anno 1130, Maii 15.)

[MARTENE, Ampl. Collect., I, 698, ex cod. Casin.]

In promotionis nostræ principiis universitatibus litteras misimus, in quibus super his quæ tunc de nobis Romana Ecclesia fecerat, plenus vobis intimare curavimus; sed post consecrationem nostram, quæ per Dei gratiam ad altare beati Petri est solemniter celebrata, multa nobis prospera, multa cœmoda successere, dignum duximus iter-

tis vos litteris visitare, et de his quæ circa nos sunt fraternalitate tuam reddere certiorem. Nos siquidem, largiente Domino, sani et prosperi sumus, et Catholice Ecclesiæ hostibus dignis redargutionibus confutatis, quæ ad nostrum videntur officium pertinere, ubique in Urbe, intus et extra, efficaciter operamur. Fratres nostri cardinales et clerici Romanus individua sunt nobis charitate conjuncti. Leo Frajapane cum filio et Centius frater ejus viri clarissimi, praefectus et omnes nobiles, et cuncta plebs hominum nobis fidelitatemque fecerunt. Proinde si quæ ad vos schismaticorum deliramenta pervenerint, si eorum aniles fabulæ et mendacia fraudulenta quorumlibet assertione illuserint, instanti solertia confutate, non respicientes in vanitates et insanias falsas, et nolite communicare juxta Apostolum operibus infructuosis, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto aguntur, turpe est et dicere. Hi sunt, qui, sicut propheta testatur, in mercede aliena quasi divinabant, et nostri (209) miserent in hac ora eorum, quippam sanctificant super eos bellum. Sane altare contra altare in Dei Ecclesia canonica sunt rhomphæa desecati. Hoc idem et de abbatte Farfensi noveritis factum, qui post mortem beatæ memoriae papæ Honorii, contempto iuramento quod Romanae Ecclesiæ fecerat, beati Petri regalia impudenti temeritate invasit, et nunc Dei Ecclesiam persequi, et in quibus potest juvatus suria infestare non cessat. Retrusus tamen, et Ecclesia funda percussus, et excommuicationis sententia condemnatus, iniquitatis suæ complices jam habere non potest. Mandamus itaque fraternaliti vestræ, et in Domino commonemus, ut in beati Petri fidelitate et nostra constantissime persistentes, prædictum Farfensem abbatem Antichristi plantam, ut cruentam bestiam omnimodis insequi sollicitius procuretis, et cornua quibus Romanam Ecclesiam ventilat, in bipenni et ascia succidatis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Idibus Maii.

XX.

Norberto archiepiscopo Magdeburgensi præcipit ut quæ archidiacono injuste abstulerit, restituat et proximis B. Martini octavis (18 Nov.) ad sece accedat.

(Anno 1130, Maii 18.)

[BARON., Annal. ad an. 1131, n. VI.]

Lator præsentium Atticus, Ecclesiæ tuæ archidiaconus, ad apostolorum limina veniens, a fraternalitate tua se vehementius prægravatum in nostra et fratribus præsentia intimavit. Retulit siquidem te de proditione ipsum coram fratribus impetisse, seque negasse; et tibi canonice satisfactum in capitulo respondisse. Cum igitur statuta die ad agendum pro eadern causa in tuam et capitulo præsentiam deveisset leque accusatorem simul et judicem (quod

A omnino rationi et justitiae adversatur) apertius inteligeret, sedem apostolicam appellavit, et terminum, quo sibi coram pontifice Romano justitiam ficeret, nominavit. Post hanc autem appellationem, sicut ipse asserit, accepta occasione de obitu prædecessoris nostri bonæ memorie papæ Honorii, cum ad nos, sicut obtulerat, venientem, beneficiis suis ecclesiasticis et aliis rebus exscoliasti. Perpendat ergo fraternalitatis tuæ prudentia, quam grave quamque inconveniens sit, ut illud sedi apostolicae privilegium coneris auferre, quod ex divino munere atque antiqua sanctorum Patrum traditione usque nunc per Dei gratiam meruit obtinere, et per apostolorum principis merita B. Petri pro quo ne ejus deficiat fides, ipse Christus oravit, usque ad finem inviolabiliter obtinebit. Eapropter fraternalitati tuæ mandamus, et apostolicae sedis auctoritate præcipimus, ut eidem archidiacono quæ abstulisti cum integritate restituas, et quiete deinceps omnia tenere permittas: proximis autem B. Martini octavis nostro te conspectui representes, plenam de eo justitiam in nostra et fratribus præsentia recepturus. Per præsentia etiam tibi scripta mandamus (quemadmodum antecessor noster beatæ recordationis tibi mandavit). ut filios nostros ecclesiæ Magdeburgensis canonicos ad nos venire volentes prohibere ulterius non præsumas, si B. Petri gratiam et dilectionem volueris. Nos enim tibi aut honori tuo nihil detrahimus: sed si in te non remanserit, pleno totius charitatis affectu, tam te quam Ecclesiam tibi commissam diligere, ac præstante Domino, cupimus honorare.

Datum Romæ apud S. Petrum xv Kal. Junii.

XXI.

Ad quosdam amicos. — De sua promotione.

(Anno 1130.)

[MARTENE, Ampl. Collect., I, 699, ex ms. Casin.]

Ab ipso promotionis nostræ principio ex debito Romani pontificatus officio litteras nostras ad vos tanquam ad spiritales fratres et beati Petri filios mittere disposuimus. Cæterum nobis erga plurima occupatis, vos apostolicæ benedictionis litteris visitare disposuimus. Sane opportunitate habita per barum litterarum portitorem, dilectionis nostræ litteras ad vos dirigere curavimus, in quibus promotionem nostram et Romanae Ecclesiæ statum plenius cognoscere valeatis. Obeunte siquidem papa Honorio bona memorie prædecessore nostro, Romanae Ecclesiæ fratres nostri cardinales presbyteri et diaconi, suffragani episcopi cum primicerio et omnibus palatii ordinibus, cum abbatibus, archipresbyteris, et cuncto Urbis clero et populo, sub totius Ecclesie obedientia, ad altare beati Petri gravissimum summi sacerdotii onus, mihi, licet indigno, imposuerunt. Omnipotenti autem Deo gratias agimus, quia extunc ubique intus et extra Urbem Ecclesiæ servitium plena exequimur libertate.

(209) Illic oratio est mutila.

XXII.

Affirmat se Hierosolymam urbem exaltare et honorare decreuisse.

(Fragmentum. — Anno 1130.)

[BARON. ad an. 1130, n. XLVIII.]

Ex quo civitas sancta Hierusalem, et glorioissimus Dominicæ sepulturæ locus, Dei nutu, Christianis est redditus, ad ejus defensionis tutelam Romana Ecclesia omnimodis laborare non destitut. Quocirca nos, qui in apostolicæ sedis specula divina sumus dispositione promoti, prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum vestigia subsequentes, famosam illam civitatem Hierusalem, et loca illa ubi steterunt pedes ejus, debita reverentia venerantes, quibus modis per Dei omnipotentis gratiam possumus exaltare, ac nimium honorare decrevimus, etc. (210). B

XXIII.

Ad quemdam amicum. — Miratur quod nec litteras nec nuntium ei miserit, hortaturque ut se per litteras visitet.

(Anno 1130.)

[MARTENE, Ampl. Collect., I, 699, ex cod. Casin.]

Ab ipsis fere pueritiae nostræ primordiis dilectionem tuam, qua nos impensius dilexisti, id quod sumus evidenter experti, et nos, si bene memineris, non pigra sumus te charitate complexi. Quapropter non parum miramur, quod nos, post promotionem nostram a fraternitate tua nec litteris nec nuntiis meruimus visitari. Quidquid autem illud fuerit, nos tamen de affectione tua spem firmissimam possidemus, et ideo fraternitatem tuam litteris praesentibus visitantes, rogamus ut amoris tui fervorem mutuis nos facias epistolis experiri. Muta enim charitas representat charitatem non amantis, et odiorum simulacrum est non aperire quod diligas. Sapienti credimus ista sufficere.

XXIV.

Ad episcopum quemdam.

(Anno 1130.)

[LUPUS, Ad Ephesinum concilium variorum Patrum epistola, tom I, p. 514.]

Omnis nobis, venerabilis frater, qua ad fraternitatem tuam scribimus, est occasio gratiosa. Quia et perfecta dilectio fastidium nescit, nec panem otiosa manducat.

XXV.

Aa principem quemdam.

(Anno 1130. — LUPUS, ibid.)

De nobili providentia tua bona nobis plurima nuntiantur, et legalitatis tuæ præconia fama celebri predicantur.

XXVI.

Ad quemdam.

(Anno 1130. — LUPUS, ibid.)

Scimus te ante susceptum apostolicæ sedis regi-

A men nos propensius dilexisse, et nequaquam omni bigimus, quod nunc plenior nos debetas affectione diligere.

XXVII.

Ad principem quemdam.

(Anno 1130. — LUPUS, ibid.)

Nobilitatis tuae, fili charissime, auditæ nos fama præclara lætificat, et facie ignotum laudis tuæ præconia nobis te notissimum reddant, etc.

XXVIII.

Ad quemdam affinem. — Conqueritur quod ad se nos accesserit et de sua promotione alios parere fecerit.

(Anno 1130.)

[MARTENE, Ampl. Collect., I, 700, ex cod. Casin.]

De dilectione tua, fili charissime, longe alter quam nobis evenerit, sperabamus, cum in te eviderenter appareat quod pro frumento oriatur nobis tribulus, pro hordeo spinæ. Cum enim de promotione nostra, quam tibi gratissimam sperabamus fore, certis assertionibus comperisses, tum pro affinitate nostra, tum pro communi ecclesiæ debito, tam nobis festinanter deberes præsentiam exhibere, non solum ipse ad nos non venisti, verum etiam dissensionibus tuis aliorum fecisti corda pavere. Mandamus itaque dilectioni tuæ, quia te videre optamus, ut ad nos quantocius venire festines.

XXIX.

Ad quemdam episcopum sibi adhaerentem. — Gratus habet ejus litteras et magna de eo sperat.

(Anno 1130.)

[MARTENE, ibid.]

Dilectionis tuæ litteras, frater in Christo charissime, pleno charitatis affectu suscepimus, in quibus devotionem quam erga matrem tuam Romanam Ecclesiam et honorem nostrum hactenus habuisse cognosceris, serventius atque familiarius redundare in præsenti conspicimus. Nos signidem in minoris officiis administratione positi, personam tuam speciali semper affectione ab ineunte ætate dilexiemus: nunc autem in apostolicæ sedis regimine, divisa disponente clementia, licet indigni, totius cleri et populi Romani voto ac desiderio constituti, tanto magis te charitatis brachiis cupimus amplexari, quanto de consilio et auxilio tuo Romanam Ecclesiam plurimum indigere cognoscimus.

XXX.

Ad episcopos quosdam.

(Anno 1130.)

[LUPUS, Ad Ephes. concil. variorum epist., p. 515.]

Omnipotenti Deo, et apostolis ejus Petro et Paulo, gratias agimus, quia quod de fidei vestre constantia, fratres in Christo charissimi, sperabamus, ipsa operum vestrorum circa vos executio plenius manifestat, etc.

(210) Ex hoc fragmento datet Anacletum ad Hierosolymorum regem nuntium cum litteris misse.

XXXI.

Ad episcopum Aquilegiensem. — Gratulatur ei ac Aquileiensis Ecclesia cura ipsi commissa, magnos que ei promittit honores.

(Anno 1130.)

[MARTENE, Ampl. Collect., I, 701, ex cod. Casin.]

Quod tuæ providentia et tutela Aquileiensis Ecclesia commissa est, nos multum gaudemus, certi siquidem quod tuo studio et labore, nec in his que foris sunt dampnum, nec in his que intra sunt detrimentum patiatur. Eapropter dilectionem tuam per præsentia scripta monemus, ut Ecclesie libertati et honori prudentissime, quantum in te est, consulere non differas. Præterea ad B. Petri servitium, et nostrum te præcipue invitamus. Inter certos enim principes Ecclesie Romanae fideles et filios te honorare volumus.

Datum Romæ apud S. Petrum.

XXXII.

Ad quendam episcopum. — Commendat ei Marcualdum presbyterum, cui permisit missam celebrare.

(Anno 1130.)

[MARTENE, ibid., ex eodem cod.]

Veniens ad nos presbyter Marcualdus de illata sibi et Ecclesie vestre injuria, vultu magis quam voce querelam exposuit, et ut ei missam celebrare de nostra auctoritate liceret humiliiter deprecatus est. Nos igitur de illato sibi opprobrio condolentes, et Niceni concilii auctoritatem sequentes, missam solemniter celebrare fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium consilio cauonica censura præcipimus. Et quia pro eo vestra rogavit fraternitas, vobis eundem commendamus in Dominio.

Datum Romæ apud S. Petrum.

XXXIII.

Clericis [Justinopolitanis] præcipit ut ob gravissima episcopi delicta ad sece veniant.

(Anno 1130.)

[BARON., Annal. ad an. 1130, n. LIV.]

Gravissima de vestro episcopo nobis relata sunt, quæ, si vera sunt, cum nostra salute inulta dimittere non valamus. Multos enim laicos et clericos truncatos, multos ejus studio intersectos accépimus. Eapropter præsentibus litteris vos monemus, ut anto festum Omnium Sanctorum ad nostram præsentiam veniatis, quatenus vestro auxilio et consilio Justinopolitanæ Ecclesie in hoc et in aliis providere possimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum.

XXXIV.

Ecclesie S. Laurentii Romanae, viii Kal. Jul., a sece consecratae, possessiones confirmat.

(Anno 1130.)

[BARON., Annal. ad an. 1130, n. L.]

Si pastoralis officii debitum, quod, Deo disponente, suscepimus, mentis velimus integratatem pensare, omnibus per universum orbem, sed hujus specialis aliae Romæ ecclesiis nostræ liberalitatis munificientiam largius impartire debemus. Sed patenter agno-

A scimus tanta nos Urbis ecclesiis et filiis nostris clericis Romanis debitores existere, quanto per unanimum votum et dilectionis eorum integratatem, divina cooperante gratia, summi sacerdotii celstitudinem obtinemus. Vestris igitur pétitionibus, dilectissimi filii, clementer attinentes, apostolicæ sedis solita largitate donamus, concedimus et remittimus vobis, ac per vos ecclesie Beati Laurentii, cuius venerabile altare nostris per Dei gratiam, tanquam beati Petri manibus octavo Kal. Junii solemniter consecratum est, omnes redditus possessionum, quas usque hodie habebitis in massa de Vestrano, seu silva Proba, sita in eadem massa, videlicet terris, villa, vineis, pratis, silvis et scrupetis. Rustici quoque qui in eisdem possessionibus habitant, in dominio semper ac ditione vestra permaneant, salvo censu duorum marabotinorum, quos ad hujus nostræ donationis indicium in anniversario consecrationis prefatis, singulis annis Lateranensi palatio persolvetus. Præterea confirmamus vobis ecclesiam S. Lucize, et S. Hippolyti, quam ædificare debetis in iisdem possessionibus supradictæ masse, salvo in omnibus jure episcopali. Statuimus igitur ut nulla ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam infringere præsumat. Quod si præsumperit, potestatis honorisque sui dignitate caret, atque in extremo examine districtæ ultiō subjaceat. Qui vero conservator extiterit, omnipotentis Dei et apostolorum ejus Petri et Pauli meritis benedictionem et gratiam consequatur.

Datum apud S. Petrum.

XXXV.

Ad amicum. — Ut sibi adhærere perseveret.

(Anno 1130.)

[MARTENE, Ampl. Collect. I, 701, ex cod. Casin.]

Per antiqua religionis tuae memoria, et officiosa probitatis tuae solertia nos faciunt de te valde contidere, ut schismati corum et oblatrantium vaniloquia non attendas, sed in beati Petri servitio et amore nostro solita fidei constantia perseveres.

XXXVI.

Ad quendam episcopum. — Laudat eum quod suum impugnaverit adversarium, suamque ei promittit protectionem.

(Anno 1130.)

[MARTENE, ibid., ex eodem cod.]

Ab ipso nostræ ordinationis primordio fraternitatem tuam coniperimus circa nos devotam existere, et oblatrantium vaniloquias falsitates solerti prudenter consecrare. Propter quod tanto nunc libiores grates rependimus, quanto efficacius in B. servitio et amore nostro persistis, et hostis nostri superbiam viriliter jam impugnare cœpisti, tantaque cupimus deinceps te benevolentia consovere, ut sive pacem sive aliud pro temporis ingruentia faciamus, tuis et Ecclesie commodis tanquam nostris et Romanæ Ecclesie profectibus intendamus.

XXXVII.

Ad quemdam episcopum. — Sacerdotes ab uxoriis juxta canones abstinere debere.

(Anno 1130.)

[MARTENE, *ibid.*, col. 702, ex eodem cod.]

Sacerdotali sollicitudini tuæ, venerabilis frater, pluriimum congaudemus, quia sicut in litteris quas beatæ recordationis papæ Honorii prædecessoris nostri per latores præsentium transmisisti, manifesta relatione cognovimus, de populo tibi commisso et sacerdotum ministerio, quam videris vigiliam euramque gestare. Quæsisti enim una cum dilectissimo filio nostro duee Ubaldo, quid tibi super parochiæ tuæ presbyteris esset agendum, qui libere uxorum legibus servientes, sanctis volunt altaribus deservire. Atque ut tibi breviter respondisse noscamur, si sacerorum volumus regulis Patrum consentire, uxorem simul et sacra in hujusmodi sacerdotibus ministeria esse non possunt. Si enim juxta beati Gregorii institutum nullus est subdiaconus ordinandus, nisi qui se caste vivere canonica assertione promiserit, quanto id amplius est in Dei sacerdotibus attendendum, qui sacrum Christi corpus proprio ore conficiunt, et ejus sacras carnes fidelium populis propriis manibus partiuntur. Et si laicis juxta præcipuum Ecclesiæ magistrum beatum Paulum, ad tempus abstinentium est ab uxore ut vacent orationi, quid putas Christi est sacerdotibus faciendum, quibus juxta divine legis oraculum mandatum est esse semper sanctos, et semper pro Dei populo exorare paratos. In Ille mortuo vetus sacerdotium legitur immutatum, et in Sauviale divina transmutatione innovatum. Nos tamen, Domino largiente, ad vos virum providum et honestum legalium pro his et aliis Ecclesiæ negotiis decrevimus destitui.

XXXVIII.

Monasterii S. Bertini Sithiensis privilegia, petente Joanne abate, confirmata.

(Anno 1130.)

[Hujus privilegii mentio exstat in Chartulario Sithiensi, *Collection de Cartul. t. III, 302.*]

XXXIX.

Ad Rogerium Siciliæ ducem. — Titulum regium impetratur.

(Anno 1130, Sept. 27.)

[BARON, *Annal. ad an. 1130, n. LII.*]

..... Ecclesiam, prædecessorum nostrorum Urbani et Paschalis veneranda memorie Romano-rum pontificum, et innumeris deservivit obsequiis; felicis etiam recordationis mater tua, viri sui nobiliter vestigia subsequens, pro datis sibi a Domino facultatibus eamdem Dei Ecclesiam larga liberalitatis manu officiosissime honorare et sustentare curavit. Tu quoque, cuius divina providentia inter reliquos Italæ principes amplior sapientia et potestatis prærogativa excessit [quia] prædecessores nostros magnificenter honorare et abundantius deservire studiasti, personam tuam et heredem tuorum perpetuis gra-

A tiae et honoris titulis adornare et exaltare decrevit [s. decrevimus]. Concedimus igitur, et donamus, et auctorizamus tibi, et filio tuo Rogerio, et aliis filiis tuis, secundum tuam ordinationem in regnum subiungendis, et hereditibus suis coronam regni Siciliæ et Calabriæ, et Apuliæ, et universæ terre, quarum tam nos, quam et prædecessores nostri prædecessoribus tuis ducibus Apulæ nominatis, Roberto Guiscardo, Roberto ejus filio, dedimus et concessimus, et ipsum regnum habendum, et universam regiam dignitatem, et jura regalia, iure perpetuo habendum in perpetuum et dominandum. Et Siciliam caput regni constituius. Porro auctorizamus et concedimus, ut per manus archiepiscoporum terræ tuæ, quos volueris, juxta tuam voluntatem, assistentibus aliis epis copis, quos volueris tu et tui heredes, in reges ungu mini, et in statutis temporibus coronemini. Item omnes concessiones, donationes et consensus, quos predecessoris nostri prædecessoribus tuis Roberto Guiscardo, Roberto filio ejus, Willielmo ducibus Apulæ, et tibi concesserunt, donaverunt, et consenserunt, donamus, concedimus, et consentimus tibi et filiis tuis, et hereditibus tuis habendum et possidendum in perpetuum. Donamus etiam et auctorizamus tibi et tuis hereditibus principatum Capuanum cum omnibus testamentis suis, quenadmodum princeps [al. principes] Capuanorum tui in praesenti, quam in præterito tenuerunt: honorem quoque Neapolis, ejusque pertinentiarum, et auxilium hominum Beneventi contra hostes tuos largimur, et confirmamus. Tuis porrectis petitionibus annuentes concedimus Panormitanum archiepiscopo, ejusque successoribus, et Panormitanæ ecclesiæ, consecrationes trium episcoporum Siciliæ, videlicet Syracusani, Agrigentini, et Mazariensis, vel Cataniensis, ea ratione, ne supradictæ ecclesiæ in diœcesibus, vel possessionibus suis a Panormitano archiepiscopo, vel ab ipsa Panormitana Ecclesia diminutionem aliquam patientur. De reliquis vero duobus pleniori nostro consilio reservamus. Hæc omnia supradicta [per] has nostras concessiones sic concedimus, tradimus, et auctorizamus tibi et tuis filiis habenda, et possidenda jure perpetuo, dum nobis, nostrisque successoribus homagium et fidelitatem, competenti nolis et vobis, securaque loco facies, vel facient, juraveris, vel juraverint, si in nobis vel nostris successoribus non remanserit, non ideo honoris seu dignitatis, vel terre sue patienter diminutionem. Tu autem censuim. et heredes tui videlicet sexcentos schifatos, quos annis singulis Romanæ Ecclesiæ persolvere debes, si requisitus fueris: quod si requisitus non fueris, facta requisitione persolvas, nulla de non solitis habita occasione. si qua sane in posteram ecclesiastica secularis persona huic nostræ concessioni, vel donationi obviare tentaverit, nisi satisfactione congrua resipuerit, anathematis gladio feriatur. Omnibus vero, has nostras conditiones, concessiones, et consensus servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi. Amen.

Ego Anacletus Catholicae Ecclesie episcopus.
Ego Mattheus presbyter Eudoxius.
Signum manus Petri Leonis Romanorum consulis,
et signum manus Rogerii fratris ejus, et signum
manus Petri Uguicetonis filii, et signum manus
Cencii. Guidonis, et signum manus Petri
Leonis de Fundis, et signum manus Abuei, et
signum manus Joannis Abdiretii, et signum manus
Milonis.

Batum Beneventi per manum Saxonis S. R. E.
presbyteri cardinalis, v Kalend. Octobris, inductione
nona, anno Dominicæ Incarnationis millecento cen-
tesimo tricesimo, pontificatus domini Anacleti se-
cundi pape anno primo (211).

XL.

[Præpositum quendam] consolatur de injuriis in eum
ejusque Ecclesiam illatis e ab idiota Remensi.

(Anno 1130.)

{BARON., Annal. ad an. 1131, n. V.]

Dilectionis tue fervorem, quem penes nos et Ro-
manam Ecclesiam gestare videris, eti litterarum
tuarum series minime testarentur, in corde tam
nostro legimus, quid debemus de devotione sen-
tire. Proinde quod idiota Rheemensis, truncus inu-
tilis, in te et Ecclesiam tuam nequiter et impudenter
egisse dignoscitur, nequaquam te moror aliquis seu
dotor afficiat, præsertim cum in nos, et in Romanam
Ecclesiam, cui se juramento astrinxit, quasi ebrios
et vino zessas, bistrionum more, multa insolenter
voenuerit, posens quidem in caelum os suum, ut
lingua ejus transeat super terram. Tanquam alter
Diocorus sedem nisus est apostolicam judicare,
dum iniquitatibus zelo quod [f. zelique] plantarium
in Dei Ecclesia sovere molitur, et statuam in campo
Dura velut alter Babylonius (*Dan. iii*), furiosorum
more, quibusque simplicibus snggerit adorare. Cum
eadem, cui se prostravit, statua a lapide de monte
succiso, præstante Domino, velociter conteretur.
Porro nos latratus ejus et ineptias eeu canum la-

(211) Haec quidem tunc. At quæ alia eidem Rogerio
tribuerit, dicuntur proxime sumus. Que post haec
eodem secula sint anno, recitat ita Beneventanum
Chronicon, ubi supra : « Anno igitur ipso predictus
Anacletus cardinalis suum comitem nomine, ad
ducem illum direxit, quem die Nativitatis Domini in
civitate Panormitanâ in regem coronavit. Princeps
vero Robertus Capuanus coronam in capite ejus
posuit, cui indignam retributionem impedit. »
Ita ibi. Quenam autem una cum regis titulo Ana-
cletos tribuerit Rogerio, ut ipsum demeraret atque
defensorem schismatis constitueret, Petrus diaconus
Casinensis, qui tunc vivebat, et his omnibus facile
potuit interesse, sic narrat (*Chron. Casin.* l. IV,
c. 99) : « Petrus autem cardinalis, qui ei Anacletus,
Rogerio duci Apulia coronam tribuens, et per privi-
legium Capuanum principatum, et ducatum Neapo-
litanum cum Apulia, et Calabria, et Sicilia illi c. n-
firmans, regemque constituens, ad se attraxit, pre-
cipiens ut episcopi et abbates qui in suæ ditionis
solo manebant, ei obtinperarent. » Ecce tibi, lector,
quod tomo superiori ostendimus, exordium Siculae
monarchie non ab Urbano secundo, ut ex falsatis

A fratus, et energumenorum furias judicamus. Fun-
damonum siquidem Dei immobile perseverat, et
cathedra Petri, locusque Pauli nullus prestigis
inumbrari, nullis possunt irrationibus concuti. Ec-
clesia namque omnis Romana sicut ab initio pro-
motionis nostræ, individua nobis charitate cohaeret,
et sacris per omnia concordans canonibus, unum
Dei est ovile, et ei unus est pastor, licet quoque
Esau per agrestia et abrupta vagatur (*Gen. xxvii*),
ut simplicium mentes mendacis consuetis evertat :
Jacob lauen simpliciter domi habitat, et interve-
niente matre simplex simplices preparat patri cibos.
Ut tibi omnia breviter perstringamus, gloriosus
filius noster Rogerius dux [rez] Apulie ad pedes
nostros humiliiter veniens, nos papam Catholicum et
legitimum dominum suum, predecessorum suorum
more, recognovit. Archiepiscopi, abbates omnes
Apulie, Calabria, sicut omnis etiam Orientalis Ec-
clesia, Hierosolymitana, Antiochena, et Constanti-
nopolitana nobiscum sunt, et nos visitant et fre-
quentant. Noveritis etiam nos, soluto concilio, quod
apud Barum quinto Iulius Novembris, præstante Do-
mino, celebraturi sumus, Mediolanum properanter
ascensuros. Tu itaque fili mi in Christo charissime,
confortare in domino, et officium tuum viriliter
age, et virulenta verba seu nipes Rhemensis nul-
latenus formides.

X.I.

Epistola fragmentum.

(Anno 1130.)

{MARTENE, Ampl. Collect., I, 702.]

Mandata celestia efficacius gerimus si nostra cum
fratribus onera partiamur, et sic dilectio nobis spi-
ritualium aderit aliorum. Próinde omnibus necessi-
tatem patientibus pro commisso nobis officio beni-
gnitatis nostræ manum large impertiri debemus, ut
et ipsi large remedia sperata suscipiant, et nos in
eis quod officii nostri est pleniæ valcamus exse-
qui...

ejus litteris aliqui deducere conati sunt, sed a pecu-
nopapa schismatico Anacleto, ut audisti, ex Pe-ro
Diacono inchoatum. Quod autem in recitato su-
perius diplomaticè multipliciter decuratio ista non
legeris, non mireris, cum multa in eo desiderari
noscantur; sive potius, quod aliis ejusdem Anacleti
litteris ista asserta per Petrum Diaconum fuerit
comprehensa. Exstant illa in endem citato sepe
superius codice Casinensi episclolarum pseudopontifi-
catus Anacleti anni primi, in quo ad finem ita de-
curtaæ positæ leguntur litteræ ipsius ad Rog. Iuni-
stis verbis :

« Apostolicæ sedis providentia et benignitate pro-
e vocamus, ut sacrosanctam Romanam Ecclesiam
e diligentibus liberalitatis nostræ manum extendere
e debeamus. Idecirco, fili in Christo charissime Ro-
geri, Dei gratia Apulia dux, non inmerito magni-
tute, quia gloriose memorie genitor tuus Rogerius
e multo sanguine multisque laboribus totam Sicili-
am insulam... » Desunt reliqua, et quidem ut
apparet, ne sciretur quid per Anacletum eidem fuerit
turpiter collatum Rogerio, fuisse decurta, quis
non intelligit?

XLII.

Franconi abbatu monasterii S. Sophie Beneventanæ licentiam dat construendæ molæ.

(Anno 1130, Nov. 10.)

[*Anecdota Ughelliana*, 499.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Domini, dilecto filio FRANCONI monasterii Sanctæ Sophie quod intra Beneventanam urbem situm est, abbatu, salutem et apostolicam benedictionem.

Pro amore et dilectione quam in monasterium Sanctæ Sophie virginis habemus, et pro servitio quod Romanæ Ecclesiae propensius exhibuisti, concedimus tibi tuisque successoribus, ut in eadem domo ad Ponticellum, in qua duo molendina in præsentia habetis, liceat vobis tertium, sine nostra et curia nostra, vel alicujus contradictione quando vultis construere, atque amovere valeatis.

Ego Anacletus episcopus.

Ego Petrus Pisanus cardinalis.

Ego Matthæus cardinalis et presb.

Datum Capuae per manum Saxonis S. R. E. presbyteri cardinalis et cancellarii, iv Id. Novemb., indict. xviii, anno Incarnat. Domini nostri Iesu Christi 1139, pontificatus autem dom. Anacleti papæ II anno primo.

XLIII.

Monasterio S. Sophie Beneventano hortum Ponticelensem dono dut.

(Anno 1130.)

[*Anecdota Ughelliana*, p. 498.]

ANACLETUS, servus servorum Domini, dilectissimo in Domino filio FRANCONI abbatu monasterii S. Sophie quod intra Beneventanam civitatem, intra sacrum nostrum palatium situm est, ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum.

Ex commisso nobis incumbit officio ut religiosa loca quæ prædecessores nostri sovare et exaltare sonimus cum attentione studuerunt, nos quoque eorum sequentes vestigia honorare, et suis necessitatibus succurrere propensius debeamus. Quamobrem, dilecte in Christo filii Franco abbas, monasterii Sanctæ Sophie quod in Beneventana civitate juxta sacrum palatium situm est, tuis petitionibus elementer annuentes, concedimus atque damus tibi, et per te monasterio Sanctæ Sophie, cui auctore Domino præesse dignosceris, et fratribus illuc Domino servientibus, et servituriis in perpetuum; unum videlicet hortum quem curia nostra habere dignoscitur in loco qui nominatur ad Ponticellum; affines cuius sunt: ab uno latere prædictus Ponticellus, a secundo latere fossatum molendini ejusdem monasterii, ab alio latere sive via. Hunc supradictum hortum una cum omnibus pertinentiis suis concedimus, atque donamus suprascripto monasterio in perpetuum, ut ab hac hora in antea potestatem habeatis intrandi, possidendi, utendi, vel quidquid exinde vobis facere placuerit. Si quando in futurum ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ concessionis et donationis paginam sciens,

A contra eamdem temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisue sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere per interpretata iniuitate cogoascat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: cunctis autem eidem monasterio justa servantibus sit pax et tranquillitas Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hie fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ perpetuæque pacis inveniant atque accipient. Amen, amen, amen.

Ego Anacletus Catholicæ religionis episcopus.

Ego Petrus cardinalis presbyter, ad Sanctam Mariam et Susannam virginem.

Ego Crescentius cardinalis presbyter et ad Sanctum Marcellum provisor.

Ego Matthæus cardinalis et presbyter.

Ego Sylvius diaconus cardinalis.

Ego Romanus cardinalis et diaconus.

Datum Beneventi per manum Saxonis S. R. E. presbyteri et cardinalis, Nonis Decemb., ind. ix. Amen.

XLIV.

Privilegium pro ecclesia Juvenatiensi.

(Anno 1130.)

[*UGRELLI, Italia sacra*, VII, 725.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Uaso Juvenacensi episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

C Ex apostolicæ sedis officio nobis injuncto compellimus fratribus nostris episcopis et ecclesiis a Deo sibi commissis tuitionis et protectionis nostræ manum extendere, et suam omnibus largiente Domino, justitiam conservare. Eo propter, charissime frater Urse episcope, tuis rationabilibus clementer postulationibus annuentes, Juvenensem B. Mariae semper Virginis ecclesiam, cui, Deo auctore, præsidere videris, beati Petri patrocinio, et præsentis scripti pagina duximus roborandam. Quæcunque igitur bona possessiones, que præfata ecclesia in præsentiarum juste et legitime possidel, firmi tibi, tuisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hæc propriis nominibus exprimantur. In civitate Juvenacensi, monasterium S. Marie, ecclesiam S. Salvatoris extra civitatem, ecclesiam S. Leonis, ecclesiam S. Sylvestri, ecclesiam S. Eugeniac, ecclesiam SS. martyrum Joannis et Pauli cum pertinentiis earum. Apud Castrum Teriliuum, ecclesiam S. Angeli, ecclesiam S. Mariæ, ecclesiam S. Nicolai, ecclesiam S. Lucia, ecclesiam S. Juliani cum pertinentiis earum, casale Vrassanum cum ecclesiis suis, casale S. Leutii et ecclesias suas, casale Circitanum cum ecclesiis suis. Quæcunque præterea in futurum, largiente Deo, justis modis poteritis adipisci, firma tibi tuisque successoribus et integra conservetur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet eamdem ecclesiam tenere perturbare, aut ejus possessiones anferre, vel ablatas retinere, minuere, seu temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integræ

conserventur, tam tibi quam clericorum, et pauperum usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularis personæ, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis et honoris sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscet, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi Redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; cunctis autem eidem Ecclesiæ justitiam servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Locus signi, iu quo exstant infrascripta verba, videlicet, DOMINUS FORTITUDO PLEBIS SUÆ, in circulo, intus vero, SANCTUS PETRUS, SANCTUS PAULUS, ANACLETUS PAPA II.

Ego Anacletus Catholice Ecclesiæ episcopus.

Locus alterius signi.

Datum Beneventi per manus Saxonis S. R. E. presbyteri cardinalis et cancellarii, Incarnationis Dominicæ 1130, inductionis octavæ, pontificatus autem Domini Anacleti II papæ anno priño.

XLV.

Monasterium Cephaloedense sedem episcopalem, archiepiscopi Messanensis suffraganeam, constituit.

(Anno 1131, Sept. 14.)

[PIRRI, Sicilia sacra, tom. I, p. 388.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis in Christo sub regula canonica in Cephaloedensi Ecclesia Domino servientibus in perpetuum.

In apostolicæ sedis administrationem ad hoc nos dispositio divina promovit, ut locorum venerabilium honori, et exaltationi providere attentius debeamus. Quocirca sanctam Cephaloedensem Ecclesiam, in quibus per Dei gratiam, possumus, cupimus exaltare; siquidem fratrum et filiorum nostrorum cardinalium e' episcoporum consilio, jam præstatam Ecclesiam sedem episcopalem fore deinceps, Domino præstante, decernimus, in qua cardinalem episcopum volumus de extero permanere, qui per manus Messanensis archiepiscopi mysteria consecrationis accipiat. Et tam ipse quam successores ejus, debitam Messanensi Ecclesiæ tanquam sue metropoli obedientiam studeat exhibere. Cui videbilest sedi Cephaloedensi ecclesiam Balneariæ cum suis omnibus pertinentiis subjectam esse præcipimus. Decernimus igitur ut quidquid prænominata Cephaloedensis Ecclesia præsenti ix indict. legitime possideat, et quæ in futurum tam gloriosi filii nostri Rogerii regis donationibus, quam concessione pontificum, oblatione fidelium canonice poterit adipisci, firma semper illibataque permaneant. Et nulli unquam, neque Messanensi archiepiscopo, nec alicui ecclesiastice ac secularis personæ sit licitum

A præstatam Cephaloedensem ecclesiam quomodolibet imminuere, vel temeraris vexationibus fatigare, sed omnia ei, sicut jam diximus, firma et illibata perpetuo conserventur, salvis in omnibus privilegiis, atque concessionibus gloriose filio nostro regi Rogerio et filiis suis a Romana Ecclesia traditis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis personæ, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscet, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem hæc justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Anacletus Catholice Ecclesiæ episcopus.

Ego Crescentius presbyt. card. SS. Marcelli et Petri subscripti.

Ego Joannes presbyt. cardin. tit. S. Pastoris ss.

Ego Amatus presbyt. cardin. tit. S. Eusebii ss.

Ego Gregorius diae. card. S. Eustachii ss.

Ego Sylvius diae. card. S. Luciae ss.

Ego Raynaldus diae. card. S. Laur. ss.

Datum Priverni per manus Saxonis sanctæ Romanæ Ecclesiæ presb. card. et cancellarii, xviii Kal. Octobris, ind. ix, Incarn. Domini anno 1131; pontificatus autem domini Anacleti II papæ anno ii.

XLVI.

Monasterium Liparensse constituit sedem episcopalem, Messanensis archiepiscopi suffraganeam.

(Anno 1131, Sept. 14.)

[UGRELLI, Italia sacra, I, 777.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Domino filiis in Liparitanò cœnobio regulariter Domino servientibus, et servituri in perpetuum.

Sedis apostolicæ moderatio, quam licet indigni Deo disponente suspicimus, nos invitat quatenus pro varietate temporum diversitas res metiri debemus. Liparitanum siquidem monasterium unum fuisse hactenus ex majoribus Siciliæ monasteriis, et ad Romanæ Ecclesiæ Jus pertinere dignoscitur: crescente igitur gloriosi filii nostri regis Rogerii gloria, quam sibi suisque filiis sedis apostolicæ liberalitas tradidit; dignum satis ac justum est, ut ejusdem regimen ecclesiæ nostris quoque temporibus augmentetur. Decernimus igitur de fratrum nostrorum episcoporum, et cardinalium consilio, et hoc præsenti decreto statuimus ut jam dictum Liparitanum cœnobium episcopalem deinceps obtineat dignitatem, et proprium veneretur antistitem, qui per manus ven. fratris nostri Messanensis archiepiscopi munera consecrationis accipiat, et Messanensi ecclesiæ tam ipse, quam successores illius, tanquam sue metropoli debeat perpetuo subjacere, solius tamen in omnibus concessionibus, et pri-

vilegiis gloriose filio nostro Rogerio, suisque ha-
reibus a Romana Ecclesia traditis. Si qua igi-
tur ecclesiastica, etc. Cuncius autem hæc ista, etc.
Amen.

Anacletus Catholicæ Ecclesiae episcopus.

Ego Crescentius presb. card. tit. SS. Petri et
Marcellini subscrispi.

Ego Joannes presb. card. tit. Pastoris subsc.

Ego Amatus presb. card. tit. S. Eusebii subsc.

Ego Gregorius card. diac. S. Eustachii subsc.

Ego Silvius card. diac. S. Luciae subsc.

Ego Raynaldus diac. card. S. Laurentii subsc.

Datum Priverni per manus Saxonis S. R. E.
presb. card. et cancell., xviii Kal. Octob., ind. xi,
Iacarn. Domini 1151, pontificatus autem D. Ana-
cleti II papæ an. II.

XLVII.

Ad Didacum archiepiscopum Compostellanum.

(Anno 1134, April. 22.)

[FLOREZ, *Espana sagrada*, XX, 550.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei,
venerabili fratri DIDACO B. Jacobi archiepiscopo,
salutem et apostolicam benedictionem.

Propter nimiam charitatis dilectionem, qua per-
sonam tuam diligimus et ab ea vicissim diligimus in hilo-
minus credimus, sedis apostolicae litteras tibi jam
frequentius destinavimus, fiduciam de te talem ha-
bentes, quod et tuis nos sapientia epistolis et nuntiis
visitare deberes. Verum, tu frater in Christo chari-
tissime, nescimus quo torpore detentus nulla a te
aliquando suscipere rescripta meruimus. Proinde
nos, licet in his plurimum admirantes aliquantulum
dilecamus, non tamen desistimus quin et iterato :
nostris litteris visitemus, et de his quæ penes nos
acta sunt vel aguntur, certiorem reddamus. Siquidem
post discessum Lotharii quem, sicut jam te
credimus accepisse, divina nobis virtute cooperante
non sine multa strage suorum ignominiose satis ac
turpiter redire coegimus, hæresiarcha G. (212), quem
intra perjurorum nostrorum domos in primo fa-
ctionis sua uido intrusit, clero in eum et populo
reclamante quoniam in Urbe manere non potuit,
navigio Pisas de nocte confugit, ibi vivens utcumque
miserrime latitat; nos per Dei gratiam cum fra-
tribus et filiis nostris episcopis, presbyteris ac dia-
conibus cardinalibus, clero Urbis universo et po-
pulo, qui nobis, sicut ab initio fecit, individua
charitate cohæret, sancti et prosperi sumus, sole-
nitates paschales antiqua prædecessorum nostrorum
consuetudine, in Lateranensi palatio, cum omnibus
civitatibus nostræ patriciis cum aliis anni festivita-
tibus quiete ac pacifice, honorifice ac devote per-
egimus; basilicas S. Joannis et S. Pauli apostoli cum
quibusdam munitiunculis aliis quas in adventu Lo-
tharii inimici nostri invaserant, et de quibus mul-
tum gloriabantur, nuper recepiimus, et in potestate
nostra tenemus; illos perjuros nostros Leofraia pane

A et unum fratrem ejusdem (qui tertius promptius
ad omne flagitium audacissimus, cum viris belli-
cosis fere numero sexaginta sub ruina ejusdem
ecclesie campanari, quod de nocte saffoderant,
obrutus est et extinctus) fideliu[m] nostroru[m]
principi charissimi filii nostri R. Sicilie regis auxilio
de medio Ecclesie per Dei gratiam funditus exir-
pare disponimus; nam ita eos inclusos viriliter
obsidemus. qui aut se de proximo nostris manibus
reddet, aut sicut iam diximus, radicitus interib[us].
In his igitur omnibus, dilectissime frater, largiori
bonorum omnium Domino nobiscum pariter grates
dignas exsolvens, et inimicorum mendacia pro data
tibi sapientia resprens, Deum omnipotentem exores,
ut imperfectum nostrum videant oculi nostri, et
B statum tuum et bonam, quam erga nos voluntatem
et animum geris, tuis ad nos missis, e per latores
presentium frequentes epistolis, et per alios nuntiis
dirigas, ne, juxta dictum Apostoli, magis dili-
gere quam diligi videamur.

Datum Laterani x Kal. Maii.

XLVIII.

*Monasterium S. Sophia Beneventanum tuendum os-
cipit ac bona ejus confirmat.*

(Anno 1130-1136.)

[Anecdota Ughelliana, 500.]

C ANACLETUS episcopus, servus servorum Domini,
dilecto in Domino filio FRANCONI abbati monaste-
rii Sanctæ Sophiæ intra Beneventanam civitatem,
ejusque successoribus regulariter promovendis in
omnem perpetuitatem.

D Omnia quidem fideliu[m] nostrorum, verumtamen
eorum, specialius admittere preces, necnon et pe-
titiones debemus, qui sedis apost., cuius etiam
et rationem, Domino disponente atque favente,
suscepimus, familiarius, et tanquam jure proprio
subjecti esse nosceuntur, necnon et sunt. Quamobrem,
dilectissime atque amantissime in Christo Ali
Franco abbas, petitionibus tuis haud immerito au-
nuendum censuimus atque duxiimus, ut venerabilis
Sanctæ Sophiæ cœnobium, cui, auctore Domini,
præsides juxta ac vices agis, ad speculum seu ad
exemplar nostrorum prædecessorum sanctæ recorda-
tionis pontificumque Romanorum, Leonis IX pape,
Urbanii, Paschalis et Calixti, in B. Petri apostole-
rum principis tutelam nostramque defensionem sus-
cipieremus, ac auctoritatis nostræ robore munire-
mus: per præsentem nostri privilegii paginam apo-
stolica auctoritate sancimus, et confirmamus, et
idem cœnobium soli Romanae Ecclesiae subditum,
ab omnium ecclesiarum aut personarum iugo libe-
rum habeatur, et quæ prædecessoris nostri eidem
templo tribuerunt, nos quoque præsenti decreto
nostro tribuimus. Ut autem orationum que illuc
assidue Domino Deo offeruntur, esse participes nos
mereamur, mitram ac chirothecas tam tibi, dilectissime
fili Franco abbas, quam successoribus tuis in

(212) Gregorius antea vocabatur Innocentius.

etdem monasterio Domino Deo nostro servientibus in perpetuum habere, ac possidere concedimus; dalmaticæ quoque usum, ac semicincti his diebus, tantum qui inferius prænominantur, tibi tuisque successoribus in perpetuum apostolicæ sedis liberaiente concedimus ac tribuinus, id est Natali Domini, sanctissimique Stephani protomartyris, Epiphania, S. Benedicti, itemque in Ramis palmarum, Cosa Domini, in Paschale, et proxima secunda feria, S. Angeli, sanctissimæque Crucis, Ascensione, Pentecosie, S. Joan. Baptiste, Sancti Petri, in omnibus festivitatibus sanctæ Mariæ, Sancti Mercurii, in festivitate Omnis Sanctorum, duodecim milium martyrum, Dedicatione Ecclesie, Commemoratione sanctorum omnium. Cellas præterea et villas, vel ecclesiæ, quæ prædecessorum tuorum studio, sive tuo, juste vel canonice jam dicto monasterio sunt acquisita, possidentas vobis perpetuo confirmamus; hoc est, ecclesiam S. Benedicti quæ nominatur Xenodochium S. Joannis, Sanctæ Euphemiae, S. Petri quæ nominatur Rasari, Sanctæ Mariæ Rotunde intra ipsam civitatem Beneventanam, ecclesiam Sanctæ Mariæ, S. Petri, S. Nicolai, Sancti Erasmi, et Marciani, Sanctæ Sophie virginis, S. Angeli foras eamdem civitatem Beneventanam, in Pantano ecclesiam S. Benedicti Patris ac confessoris; S. Vitalis, S. quoque Mercurii apud Olivolam; S. Angeli; Sanctæ Mariæ de Scolcature una cum pertinentiis suis omnibus, in Vado Azanim S. Benedicti, in Fassone S. Valentianii, apud Votum ecclesiam S. Felicis una cum terris suis omnibus in Corneto, S. Silvestri, in duobus rivis S. Mariæ in Paritulo, S. Marcianni in Veteteno, S. Martini in Cociano, S. Petri apostolorum principis in Pazano, S. Nicolai episcopi, item in civitate Beneventana Sanctum Stephanum protomartyrem in Palcaria, Sanctæ Mariæ de Lucenaria, et duas curtes Sanctæ Mariæ in Becellaria, Sanctæ Mariæ in Templanæ, in civitate quæ nominatur Ariana, S. Angeli cum cellis suis, S. Stephani in Fromaria, S. Gregorii in Esde, S. Angeli in Pesclo Nalibergo; ecclesiæ Sanctæ Mariæ, S. Joannis in Calisi, Sanctæ Mariæ in territorio Tamari, S. Marcelli, apud Regnum Sanctæ Mariæ in Tusculano, S. Mauri, S. Joannis in Asculo, S. Petri, S. Desiderii; S. Archangeli in Eliceto, sanctum Effrem in Morteto, S. Petri apud Trojam, S. Mercurii apud Bivinum, S. Martini Episcopi, in Biserno monasterium S. Angeli una cum cellis suis omnibus, in Petra S. Angeli, S. Trinitatis in Petra Findi S. Agnelli, S. Constantini, S. Elisabethæ, sanctæ Annæ, S. Joannis, S. Petri in balneo in valle Luparia, Sanctæ Crucis in Limosana, S. Martini in Mutale, S. Marcianni in Testonis, S. Archangeli, S. quoque Onuphrii una cum omnibus suis pertinentiis, in Materia S. Agnetæ, in Aliis S. Mercurii, S. Angeli, S. Mariæ, S. Marci, Sanctæ Annæ, S. quoque Silvestri, S. Mariæ Garvini, Abbatis, apud S. Agathum, S. Adjutoris apud montem Virginum, sancti quoque Adjutoris in Trevento,

A S. Laurentii apud Micrium, S. Stephani apud Matulonam, Sancti Martini in Palumbe, S. Abundini in galo Stedine, S. Mercurii, Sanctæ Reparatae, S. Stephani in galo Noceto, S. Magni, Sanctæ Helenæ, S. Stephani, sanctæ Crucis, S. Martini, S. Simeonis, S. Pollincis in galo, Sanctæ Joannæ in finibus Caniensibus, Sanctæ Marke in Galo Afle, S. Joannis, S. Michaelis Archangeli in Olicino, Sanctæ Mariæ in Melanica, Sanctæ Mariæ in civitate Dragonarica, S. Benedicti apud Cannas, S. Juliani in Avellino, S. Juliani, S. Germani, S. Henrici, S. Theodori, S. Hermanni, S. Lutgeri, S. Arostarii, S. Constantini, S. Roberti, S. Bartholomæi, Sanctæ Mariæ in Bellula in Caudis, S. Angeli in Palumbaria, monasterium S. Angeli cum cellis suis, omnibusque pertinentibus, in civitate Neapolitana, Sanctæ Crucis in Sessula, S. Michaelis Anchangeli in Toccula, S. Raphaelis Archangeli in monasterio Fololanensi, Sanctæ Bennæ cum ecclesiis suis, omnibusque pertinentiis, in petra sturmini casas et silvas, vineas et territoria, curtemque de Lapillo et ecclesiam S. Bartholomæi in Collino, S. Bartholomæi et curtem de Noriano, sancti Petri Apostoli de luce magna, apud Roderium S. Martini in Alano, S. Mariæ in Galdione, et in monte malo sancti Felicia, in Pertore S. Viti, ad Balbam apud montes sancti Marci in fossa excea S. Stephani ad Furculas caudinas S. Fossi in Hierusalem, in territorio campi laeti ecclesiam S. Lucia Virginis, S. Marci, juxta civitatem Florentinam monasterium S. Salvatoris cum aliis ecclesiis ad idem monasterium pertinentibus, videlicet, S. Leonis inter prædictam civitatem et S. Petri de Vitiano et S. Stephani cum villa quæ nominatur Francisca, monasterium S. Nicolai episcopi in monte Filine una cum aliis ecclesiis ad idem monasterium pertinentibus, in territorio Rodensi S. Barbaræ virginis, in civitate Veteri Sepina monasterium S. Mariæ una cum omnibus cellis suis, apud Vaccatarias monasterium Sancti Antonii cum cellis suis et omnibus pertinentiis fratrum et S. Benedicti, in Sambueto sanctæ Mariæ, in casali Petriflate S. Joannis, in Portula S. Viti, in Caretro S. Augustini, in Pontino S. Maximini, in Corteto S. Mauritii, in Luceto sancti Martini, in Causano S. Christofori, in Alis S. Petri apostoli in Certia, in Minoris S. Angeli, in Luniperto S. Laurentii, in Luniparia S. Lucia, in Fereria S. Hermanni in Panno S. Bartholomæi, item Castellum Fori, Catalupi Castellum vetus, Buttigella, Fanetum, Obianum, Ripas longas, villam Leonis cubantis una cum Ecclesiis atque earum omnibus pertinentiis.

Auctoritate præterea apostolicæ sedis omnes in integrum oblationes vivorum simul ac defunctorum, quas hodie habet, vel in futurum idem monasterium concessionem pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium legitime cum cellis suis sibi subjectis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus ei illibata permaneant. Obeunto te nunc ejus

Ioci abbatie, vel etiam tuorum quolibet successorum, A nullus ibi qualibet subrepionis astutia aut etiam violentia præponatur, nisi quem fratres communis consensu vel pars fratrum consilii senioris secundum Dei Dominique timorem, et B. Benedicti Regulam, providerit eligendum, a Romanorum semper pontifica consecrandum; chrisma, oleum sanctum, consecrationesque altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum qui ad sacros sunt ordinis promovendi, ab episcopis in quorum diœcesis estis, accipiatis, si gratiam aliquid communionem apostolicas sedis habuerint, et si ea gratis et absque gravitate aliqua impenderint; alias licet vobis quem volueritis adire pontificem, et ab eo consecrationem et sacramenta accipere.

Decrevimus igitur ut nulli omnino bonum vel idem monasterium perturbare temere, aut eius illas etiam possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare atque molestare, verum tam omnia integra conserventer, eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimode profutura. Si quis autem in crastinum archiepiscopus, episcopus, imperator, rex, dux, marchio, princeps, comes, baro, vicecomes, stratigulus, judeex, castaldo, aut ecclesiastica vel etiam secularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam quoquemmodo temere, ullo modo aut ratione temerare ausus fuerit, secundo tertioe commenta, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisve sui dignitate caret, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniustitate cognoscet, et a sacratissimo sanguine et corpe Dei et Domini Salvatoris nostri Jesu Christi aliena abeat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: eunctis autem haec juste servantibus sit pax et tranquillitas Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bona actionis percipiatur, et ibi apud districtum judice pœnum necnon mercedem eternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Anacletus Cath. Eccl. episc.

Ego Gregorius presbyter et cardinalis.

Ego Aderiscius cardinalis.

Ego Silvius cardinalis.

Ego Matthæus cardinalis et diaconus SS. Cosmæ et Damiani infra templum Rowuli.

Ego Pandolphus cardinalis diaconus SS. Cosmæ et Damiani martyrum.

Datum Beneventi per manum Saxonis, pontificatus anno Domini Anacleti secundi papæ.

XLIX.

Ad Roscimanum Beneventanum archiepiscopum.

(Anno 1156, Oct. 21.)

[UCELLI, Italia sacra, VIII, 21.]

Anacletus episcopus, servus servorum Dei, venerabilis fratri Beneventano archiepiscopo, eiusque successoribus in PP.

Æquitatis ordo exigit, et justitiae ratio persuadet quatenus beati Petri fidelibus, qui in ejus assidue

A servitio commorantur, quoniamque bona ipsius eiusdem esse noscuntur, consueta sedis apostolica liberalitate (eis auctore Domino, kicet indigni presidemus) largioris beneficij manus extenderemus. Quapropter, venerabilis frater Roscimanne Beneventane archiepiscope, preces luis et fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium pro tuo amore apud nos intervenientium clementius admittentes largimur, et concedimus tibi usque successoribus in perpetuum totum integrum paradisum et atrium quod est ante ipsum episcopium, eccliam videlicet S. Mariæ, sicut ad nostrum publicum hactenus pertinuisse dignoscitur, ea videlicet ratione atque tenore ut tu et successores tui nihil ibi absque nostra vel successorum nostrorum data licentia facere seu statuere do novo debetis, unde alia nostra regalia deteriorentur vel minuantur, et tinellam, de qua ob frequentiam et strepitum vendentium et ementium non modica injuria eidem S. matris Ecclesiae æpius inferebatur, ex eodem paradiso amovenus. Nonamus quoque, et concedimus tibi, ac successoribus tuis in perpetuum Plateicum qualior apothecarum, quae sunt in domo Joannis de civitate, et redditus considerantium ac vendentium olera, et poma in ipso paradi, sicut ad nostrum sacrum Beneventanum palatum pertinet. Decernimus ergo, et praesentiæ auctoritate sanctius, ut nulli omnino ecclesiastica vel seculari persone hanc nostræ largitionis seu concessionis institutionem infringere aut immutare licet, sed omnia sicut præfixum est, illibata ac firma permaneant. Ille igitur statuta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; non servantibus autem si anathema, et ignis præparetur æternus.

Ego Anacletus Cath. Eccl. episc.

Ego Joannes episc. Portuan.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Marcelli.

Ego Crescentius presbyter cardinalis tit. SS. Apostolorum:

Ego Amatus presb. card. tit. S. Eusebii.

Ego Matthæus presb. card. tit. Equitii.

Ego Romanus S. Adriani card. disc.

Datum Beneventi per manum Matthæi S. R. E. presb. cardinalis et cancellarii, xii Kal. Novemb. in inductione xv, anno Dominicæ Incarnationis 1156, pontificatus autem Domini nostri Anacleti II PP. septimo.

L.

Privilegium pro monasterio S. Sophie Beneventano.

(Anno 1150-1157, Mart. 10.)

[Anecdota Ughelliana, 499.]

Anacletus episcopus, servus servorum Domini, charissimo in Christo filio abbati monasterii Sancte Sophie, salutem necnon apostolicam benedictionem.

Officii nostri eos hortatur auctoritas ad commissariem Ecclesiarum et ad eorum augmentum religiosorum virorum preces aduniamur, et quicunque eorum, quantum auxiliante Domino possumus, præ-

videre. Proinde nos, dilecte in Domino fili Franco abbas venerab. monasterii Sanctæ Sophiæ virginis, tuas et congregationis commissæ ejusdem sacri monasterii preces fratrum de filiorum nostrorum consilio libenter admittimus, et vos pro quibus in Domini gratia possumus, sustentare curainus. Quamobrem apothecarum illarum et tabularum quæ juxta eas constituantur in platea publica ad locum ubi tabulae pictæ vocantur, octoginta scilicet denarios, quos Beneventana curie singulis annis persolvere debeatis, vobis atque Ecclesiæ vestre ad luminaria ascendenda remittimus atque damus, et apothecas easdem ab omni datione liberas vobis voluimus integras ac inviolatas manere, ita ut nec nostris nec successorum nostrorum temporibus de his quidquam curie persolvatis, aut gravamen ullum ab eadem sustineatis.

Ego Anacletus Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Mathæus presbyter ac card.

Ego Adelphus cardinalis S. Agathæ.

Datum Beneventi vii Mart.

L.

Ex confiscatis Potifridi, perfidi comitis, bonis oppignerata molendina duo monasterio S. Sophiæ Beneventano restituit, accepis Romanatis quadringentis, quos comes monasterii crediderat.

(Anno 1135-1137, Mart. 21.)

[Anecdota Ughelliana, 502.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio FRANCONI abbatii monasterii S. Sophiæ, quod intra Beneventanam urbem situm est, ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum.

Si perseveranti culpe debetur jure vindicta, ita fidelibus qui puro corde deseruunt, omni modo est adhibenda cautela. Constat siquidem Godesfridum, quondam Rodfridi comitis Pizzica dæmonis filium, per hujus nostræ Beneventane civitatis proditorem adversus matrem suam sanctam Romanam Ecclesiam et personam nostram, cuius fidelitatem juraverat, et ligeum hominem fecerat, ideo nequiter et pessime delinquisse, quod judicio nostro aliquique magnifici regis Romanorum quoque judicium nostrorum Jandolphi, Dausierii et Benedicti, aliorumque nostrorum fidelium plurimorum, ac totius curie sententia de persona sua et omnibus rebus tam mobilibus quam immobilibus apostolice sedi deciderit, et omnis actio, omnisque ratio, quæ ei in aliquo competebat, legitima ad nos transactione devenierit: qui videlicet Godesfridus quadringentos romanatos monasterio Sanctæ virginis Sophia accommodaverit, unde duo moleudina ipsius monasterii quæ sunt ad pontem qui nominatur Leprosus, et unam insulam quæ est secus pontem majorem, et hortum foris prope portam Auream cum chartis ac munimentis earumdem hereditatem in pignore detinebat, quæ utique molendina, insula et hortus una cum omnibus aliis pertinentiis predicti Godesfridi tam mobilibus quam immobilibus, propter per-

A juria et præditionem quam commiserat, justæ et legitime ad manus nostras venerunt. Nos itaque hereditatem monasterii nequaquam alienari volentes, charissimos filios nostros Francorum abbatem et Azzonem præpositum et Jo. decanum cæteroque ejusdem cœnobii fratres per personam nostram aliquaque fideles, nostros benigne convenimus, quatenus quadringentos romanatos, quos eis Potifera accommodaverat, nobis persolverent, et pignus suum, predicta videlicet molendina, insulam et hortum, ad opus monasterii colligerent; quod cum illis grave ac difficile admodum videretur, et perficere studiosius omnibusque modis subterfugerent, in plena adversa eos curia elemosinam atque clamari præcepimus, et secundum terræ consuetudinem fecimus B pignorari; ipsi tandem nenuquam rationi atque justitiae contraire valentes, tan in nostra quam et in judicium se obtulerunt præsentia, quod ratio habet execratur: audita itaque petitione nostra, qua nos quadringentos romanatos ab eis qui vice Gosfridi, sicut prælibatum est, una cum omnibus rebus et actionibus suis nobis deciderunt, legitime repeatabamus et ipsi inficiari minime possent, concordantibus et consentientibus fere omnibus majoribus ac nobiliaribus civitatis judicaverunt, judges, quod abbas et fratres molendina monasteriorum, insulam et hortum quæ erant in pignore, recolligerent, et quadringentos romanatos absque aliqua notabili ambiguitate persolverent; quod utique judicium et monasterium a nobis effectui mancipatum est; nam illi iam dictam nobis pecuniam persolverunt, et nos eis molendina, insulam et hortum, quæ obpignorata tenebantur, ex integro restituimus, nullam in eis nobis aut etiam successoribus nostris seu alicui personæ queriuoniam reservantes. Decernimus itaque ut nec Godesfrido, nec illius heredibus, vel alicui personæ ab eis submissæ vel aliquo modo substitutæ, neque per ipsarum chartarum exhibitionem, neque per representandos testes, neque alio quoconque modo pecuniam ipsam vel pignus ob eam datum rapere, vel aliquam inde monasterio item vel iustificatione inferre liceat. Sin vero quispiam contra hæc securitatia decretum a nobis emissum quidquam facere attentaverit, centum libras denariorum C Papiani bonæ monetae componat, medietatem vero aero palatio nostro, et medietatem ipsi monasterio; et hoc nostrum iurationis decretum firmum semper illibatum que permaneat. Ad hæc vero apostolica auctoritate interdicimus, et perpetua sanctione firmamus, ut nullus omnino abbas, præpositus, sive decanus, vel aliqua ecclesiastica secularis persona hæc quæ reddimus molendina, vel illa quæ idem monasterium habere in Ponticello seu apud aquam longam in pletum ponere vel oppugnare præsumat, et nullus princeps, nullus rector, nullus comes, seu vicecomes, civis seu etiam oppidanus seu rusticus, predicta omnia molendina vel quæ intra ea sunt, aliquo modo auferre aut pignorare audeat, nisi nos et successores nostri

D Papiensium bonæ monetae componat, medietatem vero aero palatio nostro, et medietatem ipsi monasterio; et hoc nostrum iurationis decretum firmum semper illibatum que permaneat. Ad hæc vero apostolica auctoritate interdicimus, et perpetua sanctione firmamus, ut nullus omnino abbas, præpositus, sive decanus, vel aliqua ecclesiastica secularis persona hæc quæ reddimus molendina, vel illa quæ idem monasterium habere in Ponticello seu apud aquam longam in pletum ponere vel oppugnare præsumat, et nullus princeps, nullus rector, nullus comes, seu vicecomes, civis seu etiam oppidanus seu rusticus, predicta omnia molendina vel quæ intra ea sunt, aliquo modo auferre aut pignorare audeat, nisi nos et successores nostri

proprio ore inscriimus. Quicunque igitur praesentis mandati violator existiterit, sit anathema, et ignis illi preparatur in æternum. Conservantibus autem sit pax et quies Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipient, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Anacletus Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Crescentius presbyter et cardinalis.

Ego Benedictus, presbyter et cardinalis.

Ego Amandus cardinalis necnon et presbyter sanctæ ecclesiæ Sabinae.

A Ego Silvius presbyter et cardinalis.

Ego Hormannus cardinalis.

Ego Rochus SS. Ariani et Marii cardinalis aliquo diaconus.

Ego Pandulphus diaconus cardinalis SS. Martyrum Cosmæ et Damiani.

Ego Joannes judex Dauferius.

Ego Quirinus Benedictus Judex.

Datum Beneventi, per manum Matthæi cardinalis ac presbyteri et cancellarii, xii Kal. April., pontificatus Domini nostri Anacleti secundi papæ anno....

ANNO DOMINI MCXLIU

BENEDICTI ROMÆ ECCLESIÆ S. PETRI CANONICI LIBER DE ECCLESIASTICO ORDINE TOTIUS ANNI

ET PRÆCIPUE

APOSTOLICÆ DIGNITATIS ET TOTIUS CURIÆ,

Ad Guidonem de Castello, tunc cardinalem S. Marci, qui postmodum factus est Cœlestinus II.

(Dom MABILLON, *Museum Italicum*, tom. II, p. 118. Lutetia Paris. 1726, 4°.)

4. Perspicue scientie et profunda sapientie magistro GUIDONI (1) DE CASTELLO, divino nutu sanctæ Romanae Ecclesiæ presbytero cardinali tit. Sancti Marci, BENEDICTUS, Beati Petri apostoli indignus canonicus et Romanae Ecclesiæ cantor, intime dilectionis affectum, et inter sanctorum antistitutum agmina coronam iminuccebilem.

Divinæ pietatis misericordiæ, Pater reverende, pro meæ tenuis scientiæ viribus immensas gratias ago, quoniam vestræ salutis curam et ecclesiastici ordinis sollicititudinem vos habere concerno. Unde magnam Dei misericordiam et multiplicium suarum miserationum copiosam bonitatem humiliter imploro, quatenus, in hoc tam bono proposito, usquedem ipse veniet ad inovendum de loco suo candelabrum, vos corroborando stabiliat. Cœterum super petitionem ecclesiastici ordinis totius anni, et præcipue apostolicæ dignitatibus et totius curiæ, de qua placuit vestre illustri sapientiæ et egregiae pru-

B dentice a me famulo vestro opusculum expetere, qualiter Deo favente dominus apostolicus cum curia sua, et tota Romana Ecclesia in præcipuis solemnitatibus et quotidianis officiis valeat se regere, prout melius mihi Deus concederit, licet sit ardua, et officio professionis non indolita, elucidare aggrediar. Sed mirandum valde est cur a me idiota, et quasi nullius scientiæ, queritis aperire, quæ in apotheca cordis non habeo enucleare quæ investigare non valeo; propinare quæ sitibundus pincerna haurire a vobis gestio. Quis enim noscere potest quid agat flos campi et lilia convallium, dum montes transgreditur et colles transilit, nisi quem torrente voluptatis suæ potavit et domus suæ libertate inebriavit? Verumtamen, ut duxi, vestra dilectione et assidua pessatione commotus, quod de dignitate Romani pontificis, et presbyterorum cardinalium, et diaconorum, cœterorumque ordinum curiæ, nec non de

(1) Proinde scriptus fuit hic liber ante annum 1143, quo Guido iste ad pontificatum assumptus est, dictus Cœlestinus II.